



THE
B



John Carter Brown.








Handwritten text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is faint and difficult to decipher but appears to include:

Handwritten text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is faint and difficult to decipher but appears to include:

Handwritten text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is faint and difficult to decipher but appears to include:



HISTORIAE ANTIPODVM
SIVE
NOVI ORBIS,
QVI VVLGO AMERICÆ ET
Indiæ Occidentalis nomine vsurpatur,
PARS NONA:

CONTINENS VERAM ET GENVI-
nam descriptionem duarum Navigationum Hol-
landicarum, quas Batavi in diuersas Orbis partes magno
animo, et si varia fortuna, susceperunt.

I. Et primo quidem libro narratur, quo pacto quinque Naues, quæ Am-
sterodamo soluerant, Magellanicæ Frætri angustiis superatis in Moluc-
cas Insulas perpendere conatæ, diuerso euentu vsq; fuerint, tribus sco-
pum suum assecutis, duabus reliquis in periculoso illo Stricto vi tem-
pestatum variè afflictis, irritoque conamine tandem domum redire
compulsis.

II. Secundo libro felix & admirabilis Oliuerii Van-der-Noort totius
Orbis PERIPLVS percensetur, vbi permulta memoratu dignissima,
quæ toto illo itinere occurrerunt, verè describuntur.

OMNIA HACTENVS CONFVSE NEC SVO LOCO
edita: Nunc verò sublatis innumeris mendis, interpretum Ablepsia
admissis, decenter & ordine accurata:

Studio & operâ

IO. LYDOVICI GOTTOFRIDI, AMBERGENSIS.


FRANCOVRTI, Apud Matthæum Merianum.

ANNO MDCXXXIII.

THE RIGHT HONORABLE
NOV 1875
OFFICE OF THE
SECRETARY OF THE
TREASURY
WASHINGTON
D.C.

RPICE

Amstelredamum



HISTORIÆ ANTIPODVM SIVE NOVI ORBIS PARTIS NONÆ LIBER PRIMVS.



ANNO à nato Christo Salvatore 1598. Amstelredami quinque naues Quo sine instructæ sunt, tentaturæ, an per fretum Magellanicum in Moluccas Classis hac insulas penetrare possint: vt eo pacto commercia & negotiationes fa- adornata ciliores ac expeditiores fierent. Ex his Prætoria 250. onerum capax, & emissâ Spes vocabatur. In hac 130. personæ inerant. Prætoria vicaria Cha- fuert. ritas, 160. onerum, & 110. hominum erat. Prætoria de nocte vocata, Nautium Fides, 160. onera, personas 109. ferebat. Quarta, Fidelitas, 100. onera, nomina, & 86. viros vehebat. Postrema, Liburnica, Lætum vocata Nuncium, earum ma- onera 75. viros 56. capiebat. gnitudo.

Vniuersæ hæc naues, tormentis, armisque tam nauticis quam belli- Nomina cis, pecunia, bonis ac mercibus varii generis, peritis itidem ac prud- Præfecto- & Capitaneorum. entibus Capitaneis & Ducibus, optimè instructæ ac onustæ erant. Huic classi summus Præfe- ctus Iacobus Mahu: Vice-prætoria verò Simon de Coordes: Fidei Capitaneus Gerardus de Beu- ninghen: Fidelitati Ieurian de Bockholt: & postremo Sebaldus de Weert præfesse iussi fue- rant.

Omnibus ergo, vt ex vsu erat, constitutis, 27. Iunii ex littore Goerensi soluerunt, flante Cau- ro progredientes. Sed cum fines Angliæ iam tenerent, vento hoc mutato, in arenarum cumu- los anchoras iacere coacti sunt. Durauit hæc aduersitas vsque ad 15. Iulii: quo ventum Subsola- num spirantem naçti, postquam comæatum & cibaria ea mora absumpta, resarsissent, cursum suum instaurarunt. His diebus notatu nihil dignum accidit. Die 10. Augusti, postquam ad Cap- put S. Vincentii, circa vesperam venissent, quatuor naues conspicati sunt, quarum vna phaselum Hispanicum referebat. Vnde, cum naues istæ Hispanicæ putarentur, impetus in eas concitator factus est. Verum, cum accessu propiore, illæ non Hispanicæ, sed Anglicæ noscerentur, instituta via vtrinque procursum est.

Circa hoc tempus, cum Commea- Admiranti indicium fieret, quod, quantum panis indies populo rus dispen- tribueretur, à singulis absumi non posset, sed in cistas & vasa vacua contemptim abiiceretur: ob satio. id Generalis consensu cæterorum officiariorum constituit, vt deinceps parcius comæatus dis- pensaretur, & singulis indies panis selibra, mensæ verò cuiilibet (quæ octo personas capiebat) tres mensuræ vini præter alia sueta opsonia, vt pisces carnesque, darentur. Cursu autem continuato 19. Augusti, in primo noctis quadrante vento lapyge flante in litrus Barbaricum, longè alia quam intenderant, via impulsit. Et priusquam terræ vestigium viderent, iam duodecim orgyiarum profunditatem incurrerant. Ventis ergo à tergo impetuose frementibus, cum regredi in altum mare non liceret: naues profunditate 7.8. & 10. orgyiarum iactis anchoris firmare compulsi sunt. Capitaneus autem Beuninghen cum vix 5. aut 4. passibus subsedisset, eodem ipso illicò die (quamuis Periculum duro & incessabili labore, cum anchoræ funis vicino scopulo implicatus esset) è fundo nauem ex imperi- suam extricauit. Hac tamen nocte, Prætoria nauis suis anchoris non incumbebat, vt ex qua vici- tiæ & negli- na terra primò conspecta fuisset. Cum verò vniuersis videretur, incuria & negligentia guberna- gentia gu- torum in hoc periculum naues redactas esse: conuocatis nauium omnium præfectis & guberna- bernatorum. toribus Generalis per senatum bellicum mandauit, vt deinceps præfecti singuli suarum nauium.

statum, & aquæ profunditatem bis ad minimum hebdomadatim metirentur, & eam cum mappis suis Geographicis sedulo conferrent.

Hoc constituto vela versus insulam *Capo Verde*, nobis Dulcem dictam dirigentes, vltimo Augusti die *S. Iacobi* insulam conspicati sumus. Cum verò in Generalis naui 60. circiter infirmi essent, qui scorbuto & morbis aliis decumberent: non consultum saltem, sed necessarium videbatur, vt ad vnam harum insularum excursus fieret, ad res necessarias reparandas. Nam & carniū, & fructuum, & aquæ iam haud mediocris indigentia erat. Quod autem comperit habere, in *S. Iacobi* portu plerumque phaselos aliquot cibariis refertos morari: iussit Generalis, vt scaphæ vniuersæ viris probè munirentur, & apud Capitanei de *Weert* nauem congregarentur. Ductu enim Capitanei *Beuninghen* sub noctem in portum, imò, si fieri posset, in ipsū littus excursus faciendum esse. Quod si ergo fieret, vt fuga retrocedendum esset: faceret, vt omnes apud *Capitanæum de Weert*, cuius *Liburnica* in proximo terræ confinio statura sit, conuenirēt. Hoc consilio cum ad portum propinquassent, diuersis locis succensos ignes videntes, haud temerè, consilium suū proditum esse, suspicabantur. Qua causa, & quod simul ventus incommodus surgeret, portusque conditio nulli nota esset, re infecta reuersi sunt.

Postero die, Calendis Septembr. *Insulam de Mayo* propius succedentes, vniuersi sibi anchoras iactarunt, præter vnum *Admirantem*, qui propter stationis incommoditatem diutius illic morari volebat. Ex hoc loco Capitanei *Beuninghen* & *Bockholdt*, cum militum parte in terram egressi, aquæ nihil inuenerunt. Cumque vniuersa ista nocte, voto inueniendorum hominum circumuiuisent, sub posteri diei meridiem ad naues reuersi, annum saltem quandam *Lusitanum* cum capris aliquot frigidis adduxerunt. *Lusitanus hic*, cum de ciuitatis *S. Iacobi* conditione rogaretur, occupari eam ideo difficillimum fore dicebat, quod plerumque 500. Lusitanis, & 1500. Æthiopicis, cū aliquot tormentis promptis custodiretur. A meridie discessionis signo dato, vniuersi vnà versus *S. Iacobi Insulam* tendentes secundum porrecta littora vela fecerunt: in quorum sinu quodam conum, è naue in portu *Praya* mersa, viderunt. Hunc angulum transmittentes, in ipso portu grandiore vnam, & duas minores naues offenderunt: quarum illa *Hermani Webbe Naucleri Hamburgensis*, in *Brasiliam* nauigaturi erat. Classis autem vbi tum ad latera tum tergum huius naui confedisset: Generalis scapham maiorem, Capitaneus autem de *Weert* minorem scapham ad geminas conspectas minores naues mittunt. Sed viris vtraque vacuas inueniunt. Altera siquidem phaselo similis, *Æthiopes* aliquot transfuxerat, nec in ea quicquam præter duas aquæ tonnas, & milii modicum, vini que *Bottigiam* siue cadum vnum repperitum est. Alterâ 15. onerum, vt videbatur, Episcopus quidam nauigaturus ad *S. Thomæ* oppidum erat. Eius enim in hac omni supellex condita fuerat, ante, quam metu aduenarum in tutiora loca, & partim in nauem *Hamburgensem* efferretur. Cistæ pleræque inanes: pauca vestibus & libris refertæ erant. Sed & vini dolium, & alterum olei, & quatuor vel quinque panibus plena ibidem reperta, ad Generalem illico comportata sunt. Iuxta portum hunc in editissimo & præruptissimo loco castellum erat, de quo in naues aliquoties consulminabatur. Quo animaduerso, vt vniuersæ scaphæ *Hamburgensis* nauis succederent, & post eam laterent, ibique Capitanei *Beuninghen* mandata morarentur, Generalis iussit. Interim nauclerus *webbe* in prætorix vicariam nauem accitus, cum de ciuitatis conditione rogaretur, quicquid sciret, recensēbat. Ad hunc scilicet *Simon de Coordes* fari orsus, causas, cur huc appulissent, explicabat: quod nimirum hostile nihil meditarentur, sed pro ægris, recentem aquam carnesque ac fructus quosdam, pretio iusto numerato saltem rogarent. Quæ postulata cum nulli cuiquam iniqua videri possint: nauclerum iuxta orabat, vt suorum nautarum habitu indutus ad Vice-Admirantis *Francisci Veruii* præfectum haud cunctanter se reciperet, & ipsi aduenarum institutum explicaret, responsumque ab eodem referret, ne commeatus denegari inopia grauius quid moliri cogereatur.

Lusitanus
verulus ad
naues fer-
tur.

Praya ad-
itus.

Nauis
Hamburg-
apud *Pray-*
am.

Nauis Epi-
scopalis.

Nauclerus
Hamburg-
ad *Lusita-*
nos aman-
datur.

Sollicitantibus *Hamburgensis* gratificaturus, castellum aditum se accingit. Circa noctem mediam reuersus, hoc à præfecto responsum tulit: quod amici venerint, credere se haudquaquā posse: cum id exilatione nauium minimè declararint. Sed quocunq; se ista modo habeant, cū sibi inconsulto Gubernatore, qui in ciuitate *S. Iacobi*, hinc duobus miliaribus distante agat, nihil quicquam nisi capitis supplicii perclitacione, agere liceat: ideo se suaforem esse, huius diei moram adhuc æquo animo ferrent. Veredo enim seu cursore sese festinò hanc rem ad Gubernatorem nunciaturum iam esse, vt eius ante auroræ exortum responsum scire possent.


Hoc præfecti responso in deliberationem vocato, intuitum & inconsultum fenatum bellicus fore censuit, si mora protractiore *Lusitanis* commodius armandis, & tum pedibus tum equitibus ex *Iacobi* ciuitate congregandis occasio præberetur. Nihil ergò cunctando Capitaneus *Beuninghen*, & *Tesserarius Rombout Hooghstoel* cum scaphis vniuersis & 150. circiter viris in terram eruperunt. Cumque in ordines coëgissent milites, fragoso tympanorum ac tubarum sonitu, ac volan-
tibus

PARTIS NONÆ LIBER PRIMVS.

5

tibus binis vexillis versus castellum (quod 175. passuum altitudine elatum, ea parte, qua mare spectat, lorice validis, quatuor pedes latis, ac ex grandibus lapidibus constructis, munitum, ac aditu angustissimo, vix binos iunctum viros ingredientes admittente, obseptum erat: cuius insuper precipitium tam decliue ac arduum visebatur, vt ex eo sex viri, solo lapidum coniectu 1000. ascensuros propellere possent) sese proferunt. Capitaneus, nulla difficultate permotus, cum suis ad castellum quoddam festinat: in quo si decem vel duodecim saltem milites repugnassent, aditum omnem sine suo damno villo intercludere potuissent. Hoc exsuperato, ascensum intrepidi conti-

Castelli
Prayæ de-
scriptio.



nuant, & in sublime directis sclopetis effulminantes, Lusitanos hostiliter tentant. Hi iam ergò præsentè spectato periculo territi, cum decies in nostros (quorum duo læsi sunt) effulmassent, è castello, ex quo prius omnia abegerant & extulerant, furtim se proripiunt. Nostri ergò iam nemine contrapugnante, id ingressi sunt. Vbi pernoctantes, diligentes excubias egerunt. Postero diluculo, cum Lusitani magno tum peditum tum equitum numero quoque versus è montanis erumperent: *Beunninghen* à Generali petiit, vt in auxilium plures milites, & certum pulueris pyrii modum sibi mitteret. Vsu ergò ista poscente, Capitaneus de *Weert* cum 60. viris missus est. Interim Capitaneus *Beunninghen* tria ferrea tormenta, in campo illo, per quem Lusitani profugerant, reperta, in portas & viarum nonnullarum aditus locauit, cæterosque accessus, scamnis, sellis, & cistis, contra equorum irruptum, quasi vallauit & obsepsit. Hoc extemporaneo munimento sese vt cunq; defendebant: etsi longius illic morari nullum propositum haberent. Malebant enim, quod opus erat, mediante pace impetrare, quam vi, quæ necessitatibus maioribus præseruanda videbatur. Occasionibus ergò quibuscunq; ad colloquium muruum captatis: tandem in valle ista, quæ iuxta propugnaculum erat, iudex loci super equo, vexillum paciferum præterans prodiit.

Lusitani
Castellum
Prayæ fugæ
deserunt.

Ad hunc dicti Capitanei decliuius se conferentes, quid primum aduentantes postulassent, longius ipsi enarrant. Quos excipiens iudex, magnam hanc esse iniuriam quiritatur, quod se amicos profitentes, quæ amicorum erant, non præstarent. Cui ipsi contra respondent: Necessitatis

Hollandi
cum Prayæ
iudice lo-
quantur.

legem excusari non opus habere. Et cum iam à patria sua absint longius, grauique rerum inopia premantur: sibi omninò necessarium fuisse, vt quo ad vitæ sustentationem haud dubiè egerent, id aut pretio aut vi exigerent. Sed hic disputationis locum non esse. Breui igitur secum deliberarent, an, quæ extremè desiderarent, sibi concessuri sint. Nam si id faceret minus: consilium è tempore capiundum fore. Quibus *index* respondit, citra Gubernatoris consensum indultumq; sibi nihil quicquam præstare integrum esse. Ad illum ergò in *S. Iacobi oppidum* se festinanter pertracturum, vt voluntatem ipsius cognoscat.

Bataui ad
Gubernato-
rem scri-
bunt.

Produx Classis, vbi acta cognouit, consultum fore ratus est, vt ad gubernatorem ipsum litteræ mitterentur. Puerum itaque suum, Lusitanicæ linguæ peritum, festinò misit, qui eodem illico die gubernatoris responsum attulit. Literis autem illis Gubernatori exponebant, quomodo com meatus & aquæ inopia nimio perè premerentur. Coactos se ergo fuisse dicebant, vt ad ista necessaria paranda, quæcunque obuia essent media, vsurparent. Suum vero animum nunquam fuisse, binas in portu nauiculas inuentas prædari, multo minus easdem spoliare. Quæ autem ex ipsis vacuis extulissent, securitatis suæ causa fecisse. Eodem etiam animo ipsum castellum occupasse, non vt illud sibi seruent, sed ex eo saltem necessaria acquirerent. Se ergo impendio de maturando ad hæc responso instare. Sed & hoc se simul polliceri, quod, quæcunque per suos in castello alienata sint, primo quouis tempore restitui, curaturi sint: hoc vnum rogantes, vt rebus iis, quibus oppidò egerent, maturrimè instruerentur. Quod ni fieret, certo sibi constitutum esse, Gubernatorem ipsum in oppido inuisere.

Dolus &
perfidia Lu-
sitianorum.
Lusitanus
vafes &
mendax.

A mandato puero circa meridiem ipsemet *Generalis* cum Capitaneo *Bockholdt*, ad spectandù castellum ascendit. Quo facto, cum vniuersis Capitaneis ad vallem vicinam, *Cocis* seu nucibus Indicis confertissimam profectus est. Ibi Lusitanis vsque adeo familiares facti sunt, vt illi sub noctem poma Aurata, Limones, Punica & fructus similes in portum se aduecturos esse, promitterent. Sed promissum haud præstiturunt. Inter cæteros *Vitalgo*, id est, nobilis quidam simulabat, quasi Hollandis nimio perè faueret. Is vnà etiam cum *Beunninghen*, qui prægressæ noctis laboribus admodum fatigatus erat, ad naues vsque pergebat. Ibi lautius habitus, clam se curaturum dicebat, vt refocillamenta, quæcunque optarent, acciperent, modo ad eum locum, vbi habitaret, hinc duorum milliarium intervallo distantem, scaphas duas ternasve mitterent. Nam ad hoc accurandum occasionem sibi certissimam esse. Postero die, cum scaphæ eo excurrissent, pro homine mendacium inuenerunt.

Hollandi à
Gubernatore
litteras
accipiunt.

Circa vesperam *Generalis*, cum Vice-Admirante & Capitaneo *Bockhold* ad naues reconuersus, Capitaneum de *Weert* cum 300. militibus in castello reliquit. Sequentè die, qui 4. Septembr. erat, passim in omnibus montanis plurima se turba spectandam dedit. Itaque quod puer emissus cum responso nondum rediisset, sua in statione *Hollandi* omnes manebant. Circa meridiem puer cum literis rediit: quibus Gubernator de præstitæ amicitæ genere scilicet valde amarulenter querebatur, dicens quod si amicè egissent, multò minore labore, quibus egerent, impetraturi fuissent. Se verò, quod Christiani sint, credere haud posse: quorum focii templa tam sacrilegè spoliassent. Quod si tamen omnino id ita vellent, in ipsorum se crediturum esse gratiam, quod estreni petulantia militum ista omnia parata sint: cuius argumentum ex eo quoq; liqueat, quod vasa argentea omnia licet contracta, reddita sint. Cæterum se nihilominus ipsis omnem suam fidem & officia spondere. Curent ergò vt cum in isto, quo degerent loco, nihil in parato sit, primo quouis tempore vsque ad ipsam *S. Iacobi* ciuitatem pertenderent: & cætera ex suis præsentibus intelligerent. His Gubernatoris literis lectis, visum est Capitaneis, vt è vestigio de suis aliquis cum literis ad Gubernatorem remitteretur, quibus ipsi indicaretur, minimè opportunum esse, vt deserto castello vniuersam classem ad *S. Iacobi oppidum* agerent. Velle se tamen aquam inde *Liburnicis* aduehere, & quòd soluendum restaret, integrè dependere. Quæ vt ratioa & confirmatoria essent, obsides dare se nil tergiversari, tantisper, dum cum ipsis nauibus, aut ipsa quæ extulissent, aut horum iustum pretium restitueretur. Denuò se ergò instanter rogare, vt rotundum ad hæc omnia responsum det. Sin minus, cum vltro citroque missitandis internunciis, temporis opportunitatem manu mittere non possint, coactum se iri, vt ad media diuertant istiusmodi, quibus se pro voto adiuuari posse arbitrentur. Hæc vt decreta, ita scripta & missa sunt. Circa hoc tempus Capitaneus de *Weert* ex alui profluuiò infirmus ad naues rediit: cuius loco Capitaneus *Bockholdt* substitutus successit.

Hollandi
Gubernatori
respon-
dent.

Legati Lu-
sitani ab
Hollandis
in naues re-
cipiuntur.

A meridie *Generalis* in terram egressus est. Circa vesperam à Gubernatore *Lusitani* aliquot appulerunt: inter quos & sacrificus numerabatur. Hos vniuersos, quod iam serum esset, *Generalis* inuitauit, vt ad naues secum vnà pergerent, has spectarum simul, & quæ necessaria essent, tractarum. *Lusitani*, cum viderent, *Hollandos* summa æquitate & pace omnia transigi optare, non tergiversati sunt apud eosdem diuertere. Ergo in *Generalis* nauem recepti, lauteque ac magnificè ibidem

PARTIS NONÆ LIBER PRIMVS.

ibidem tractati, noctem eam amotis seruis, Genio impenderunt. Postero die, qui 5. Septembr. erat, conditionibus vtrique æquis propolitis, facile conciliati sunt. Iurabant enim *Lusitani*, præstituros se vniuersa quæ ab *Hollandis* rogata essent: eo tamen modo, ac pacto, si cum nauibus suis ad ipsam *S. Iacobi* ciuitatem pergerent. Extra hoc enim, pactum ratum esse minimè posse. Cui & ipse Generalis tandem astipulatus est, ea proposita conditione, vt pro Liburnicarum restitutione Lusitani aliquot obsides mitterent.

Hoc modo rebus compositis, *Lusitani* è nauibus in terram rursus egressi sunt. Mandato verò *Generalis*, milites deserto castello ad naues redierunt, & dum *Lusitanos* prætergrederentur, vexillis quatuor volantibus tam concinno ordine & habitu inceserunt, vt *Lusitani* non ipsorum saltem agilitatem, sed & prudentiam singularem admirarentur, nec cuiates essent, satis ratum haberent, cum varias inter ipsos linguas sonare audirent.

A meridie 6. Septembr. anchoræ emoræ sunt, hoc sine, vt eodem die in *S. Iacobi* portum incurrerent. Sed certo *Hollandorum* commodo is obtineri non poterat. Constituerant enim *Lusitani*, quas naues amice allectassent, insidiosè & hostiliter excipere: quem in finem etiam iam omnia sua tormenta in litus extulerant. Bona tamen, vt diximus, *Hollandorum* fortuna ventus à portu naues abstinerat: qui tanta aduersitate spirabat, vt ipsum non saltem non tenere, sed ne iunctim quidem procurere possent. Capitaneus siquidem *Beuninghen* & de *Weert*, qui iuncti manebant, sub auroram se solos videntes, in proximo duas naues prospectarunt, iuxta *Maijo* stantes. Ad quas cum speculatores emitterent, cognouerunt ipsas illas esse, quas prius ad *Prayam* occupassent. Vnam enim cum classe stationem tenere non poterant, quod nec remos nec gubernacula idonea & solida haberent. Cæteri, nimirum *Generalis*, *Vice-Admiralis*, & Capitaneus *Bockhold*, omnibus velis id annitebantur sedulo, vt ea adhuc vespera portum ingrederentur. Quæ tamen cum obtineri minimè posse viderent, scapham cum duodecim viris & puero literas ferentem ad *Gubernatorem* mittentes, significauerunt ei, quod nullo vsquam in suo portu potiri possent, sed quod summa necessitate compulsi in *Prayam* redire cogerentur. Faceret ergo primo quouis tempore, vt contractus ibi conditiones præstarentur. Emissitii dicti cum in litus exissent, id vniuersum tum armatis viris, tum positis tormentis occupatum viderunt. Puelo autem solo ad *Gubernatorem* deducto, cæteri in domum quandam recepti sunt. Cognita re, suspicabatur *Gubernator*, quod ex pacto *Hollandi* duas naues in rapidum & tumultuosum mare eduxissent. Manè ergo emissitios iterum dimittens, interminabatur serio ne post vnquam hac rediret. Nam proipsis se præter puluerem & glandes nihil paratum habere. *Generalis* itaque hoc nuncio accepto, recto cursu cum tribus comitibus nauibus illicò in portum *Prayæ* reflexit, & ibi quatuor reliquas altius in mari peruagantes, moratus est.

Intempestas oborta, Hollandis commodat. Ventus aduersus simul & secundus.

Lusitanorum responsio hostilitatis plena.

Interea, ne tempus frustra periret, *Simon de Coordes*, cum viris aliquot ac doliis trium sociarum nauium, aquam haustum in terram egreditur. Et cum ad castellum paulatim ascenderet, *Lusitani*, qui iam redierant, ex eo rursus profugiunt. Itaque custodiis vbique dispositis, *Tesserarium Hooghshoel* castelli tutorem & inspectorem relinquens, descendit iterum, vt aquam, cuius summa necessitas esset, inuasari curaret.

Hollandi aqua se inbruunt.

His agitatis, duo tresve *Lusitani* equites pecora aliquot propius adducentes, *Hollandos* hoc pacto ex castello prolicere conantur, vt eosdem postea ex insidiis obruncarent. Sed *Vice-Admirans* dolo percognito, suos in ordine coebat, ita vt in inuasanda aqua strenuè pergeretur. Cæterum hostis, dolum proditum videns, cum 200. equitibus, quorum singuli sclopetis instructi erant, prorumpens, rectà versus castellum, qua id accessum ferebat, per montana contendit. Et cum *Hollandiam* in apertam castelli planitiem se intulisset, *tesserarius* ei haud intrepidus ex castello fortiter obluçtatus est. Quod intelligens *Vice-Admirans*, nonnullis apud scaphas & dolia relictis, ipse met festinè in castellum se ingerens, hostem animosè adortus est, ac eundem breui in fugam vertit. Sic ergo porro nullo obstante dolia sua complere aqua *Hollandi* poterant. Conflictus autem impetum videns *Generalis*, expeditè cum vexillo suo in terram aliquam multos milites exponi iussit. Et tamen iuxta, cum vereretur, vt cæteras naues in mari passim peruagantes, nec portu potiri valentes, ex conspectu amitteret: & diutius ibi morari nollet, cum propter aëris insalubritatem ægri indies infirmiores fierent, & ipsemet quoque febris correptus esset: ideo his causis omnibus motus *Vice-Admiranti* mandauit, vt cum vniuerso populo ad naues rediret.

Hollandiam & Lusitanorum conflictus.

Quod is haud cunctanter expeditum dabat, prius tamen subiectis flammis castello ac plebisque ædibus succensis & exultis. Hinc ergo, cæteras vagantes naues consecuturi 9. Septembr. igni exuriantur. soluentes, circa vesperam *Generalis* scapham in sinum vicinum, vbi armenta aliquot conspiciuntur, amandarunt: vnde taurum vnum saltem, cum longius in terram penetrare in conspectum videretur, abstulerunt. Interea *Capitaneus Beuninghen*, harum rerum omnium nescius scapham suam in litus emittens, illud tum viris tum dispositis tormentis vndiquaque esse occupatum cognouit.

Castellum igni exuritur.



Hollandi
S. Iacobum
deserunt.

gnouit. Qua causa inde se properè rursus amouit. Die 10. Septembr. Generalis parcendi temporis gratia statuit, S. Iacobi Insula desertam, vela in Insulam Bramam, id est, vastam ac desertam conuertere, vt quantum aquæ deesset, ibi inuasaretur.

A meridie diei 11. Insulæ dictæ propius appulerunt. Cæterum quod ad figendas anchoras commodus fundus non esset, siquidem scopulis faxisque omnia inuia erant: obliquis velis secundum Insulæ longitudinem pronauigantes, sub noctem aquam puteanam inuenerunt. Quæ etsi quidem non nisi magno & ærumnoso labore auferri posset: nihilominus tamen Capitanei *Benninghen* & *Bockholdt* cum doliis in terram emissi sunt. Qui postea sub noctem, magno labore ad naues redierunt.

Hoc die Ianus Eldrix Chirurgus in prætoria nauis obiit, & in dicta Insula sepultus est. Interea Capitaneus de *Weert* cum prætoria scapha sinum quendam incurrens, postquam ingressus terram omnia attentè dispexisset, *Ethiopes* tandem & *Lusitanos* aliquot offendit. Quos de longinquo compellans, rogabat, vt commodum sibi locum aliquem ostenderent, in quo aquam haurire posset: & si quid vel fructuum vel carnis haberent, æquo pretio diuenderent. Cui illi responderunt: *Anglos* quidem & *Gallos* ibi aqua se plerunque instruere, sed naues tamen semper in mari relinquere. Cæterum, quod fructus & carnes attineret, illorum se quidem nullam copiam habere, nec quicquam etiam inconsulto suo Capiteo, qui in edito monte habitat, diuendere posse. In Insula tamen *Del Fuogo* copiam eorum paratissimam adipisci licere. His digressis, Capitaneus omnes terræ angulos perquirens, tandem quatuor vel quinque ruinosas casas inuenit, quarum vnus aditus congestis grandibus lapidibus obseptus & obstructus erat.

Hollandi
casam frum-
mento In-
dico plenā
inueniunt.

Hunc referari iubens Capitaneus, casam frumento Indico confertam inuenit. Ibi ergo cum tribus focis manere constituens, scapham ad *Generalem* remisit, & ei, quid inuentum esset, imperiuit. Vespera autem appellente, cum metueret, ne *Lusitani* frumenti auferendi causa fors redierent: commodum accidit, vt eodem momento vna ex nauibus Episcopi in sinum incurreret, in quam

quam ob id Capitaneus frumentum inferri iubebat. Hoc labore vniuersa nox infumebatur, cum saccos, quibus frumentum portarent, nullos in promptu haberent, sed caligis follicantibus ad hoc vti cogerentur.

Eodem in loco testudines grandes quoque duas inuenerunt, quarum quælibet vltra 600. *Grædes te- oua* fouebat. His ad naues allatis, gaudio omnes perfusi sunt. *studines.* *Lusitani* ac *Æthiopes*, cum sub noctem frumentum ex casa efferri viderent, ingenti clamore per decliue montis proruerunt. Quos tamen Capitaneus, qui duos saltem sclopos secum habebat forti à se animo propulsabat. Et cū frumentum iam vniuersum ferè nauī intulisset, cum ea ad alteram scapham, quæ à terra non procul aberat, perrexit, vt ibi diei ortum expectaret, & contra quoscunque impetus se fortius instrueret ac muniret. Exorto ergò die *Lusitani* cum *Capitano*, propius ad terram progresso, sermocinatum descendunt, grauiissime querentes, quòd ne verbo vno admonitis sibi frumentum ademisset: quo orbati, cum victualia reliqua nulla habeant, iam fame mori cogantur. His Capitaneus respondit, longè sibi certius, quam prænderent, constare: nec nescium esse, quòd idem frumentum ibidem enatum sit: quòd hoc sine in illam casam congesserint, vt in *S. Iacobi* oppidum inferrent. Nec enim credibile esse, cum in montibus degant, facturos, vt vniuersum suum comneatum in litore recondant. Sciant tamen nihilominus, per vim se non statuisse ipsos frumento suo spoliare, sed pretio multo æquiore, quam Insulani facturi sint, id æstimantibus soluturum esse, modo aquæ hauriendæ commodum locum monstrare non detrectent. Id enim æquum esse: & apud Gubernatorem excusari commodè posse, si vi sibi surreptum frumentum, seque ad aquæ locum monstrandum compulsos esse prænderent. *Lusitani* conditione probata, aquarum locum commodum monstrare promiserunt, si naues in alteram partem Insulæ agerent, ad illum locum, vbi susceso igne signum accepturi essent. Histranfactis discessum est.

Posthæc Capitaneus ad prætoriam nauem reuersus, Generalis languorem valdè auctum cognoscit. Is enim iam omnes Capitaneos ad se acciuerat, vt cum ipsis de necessariis conferret, dicens, diutius ibi obhære scere sibi neutiquam commodum esse, & simul Vice-Admiranti omnem suum munus demandans, rogansque, ne porrò rebus alienis molestaretur, sed Vice-Admirans tū vexillis tum ignibus noctu præfectus esset.

Itaque Vice-Admirans, cum, quantum aquæ cuiuslibet nauī adhuc deficeret, à cæteris Capitaneis edoctus esset, constituit, vt qui apparatus maiorem haberent, cæteris indigentioribus aliquid impertirent, diurnamque portionem minuerent, & quam primum pluiæ fierent, aquam colligerent, & quam parçissime possent, viuerent, vt in continuando itinere minus impedirentur. Tribus enim vel quatuor mensibus citius impetrandæ vllibi aquæ spem nullam effulgere. Porro autem si opus futurum sit, Capitaneorum quiuvis tres quatuorve ægros ex prætoria ad suas naues transferret, & pro histotidem sanos remitteret. Post hæc etiam vini parçior dispensatio fieret, adeo, vt tertia parte, minus quilibet acciperet. Hoc ordine omnibus rebus constitutis, cursum redintegrantes vento Cauro intra Aquiloerum die 15. Septembr. perrexerunt.

Die 22. in nauī prætoria tormento exploso, & expuppi vexillo suffixo, Capitaneis accedendi signum datum est. Venientes illi *Generalem* vsque adeo infirmum inuenerunt, vt vitæ longioris nulla spes superesset. Idem status curatoris quoque eiusdem nauis *Danielis Resteau* erat: qui & ipse cum *Generali* ardentissima febris vrebatur. Sub mediam noctem intra 23. & 24. Septemb. *Generalem* præsentibus Vice-Admirante & Capitaneo *Beuninghen* expirauit: quem paulo post circa horam tertiam *Daniel Resteau* quoque eodem exitu secutus est. Quorum duorum intempestiuus obitus certè vniuersos haud modicè afflixit. Nam *Generalem* propter insignem prudentiam, & multivariam peritiam, summamq; humanitatem, qua promiscuè omnes prosequabatur, vniuersi certatim impendio amaerant & venerati erant.

Sub diei 25. Septembr. exortum, cum vexillum luctui destinatum in prætoria erectum esset, naues ad eam vniuersæ congregatæ sunt, vt defuncto *Generali* nouissimum honorem præstaret. Cadauer itaq; feretro lapidibus, vt citius mergeretur, oppleto, impositum, & linteo inuolutum, àque Capitaneis ex puppi ad proram vsque portatum, tandem à nautis in rubrum sabulum demittitur: quo tempore etiam obtrectorum tympanorum & tubarum lugubris strepitus, bombardarumque fragorus fremitus passim personabat. Simili processu *Daniel Resteau* quoque in mare demissus est.

His curatis, cum inconsultum videretur, classem, quæ *Generali* iam in omnibus parere dicerat, comprimis verò prætoriam, quæ frequentibus ægris plena erat, diutius capite & moderatore suo destitui: senatu bellico coacto, decretum est, vt literæ, quæ à Dominis nauium ob signatæ datæ essent, proferrentur, & resignatæ, publicè audientibus omnibus recitarentur. Ex his intelligebatur, eos ita constituisse, vt si fors præfectus generalis Dominus *Iacobus Mahu* in itinere obiret, ipsius loco Vice-Admirans *Simon de Coordes* substitueretur ac præficeretur. Quibus

B cum

cum gaudio ab omnibus perceptis, Coordes citra moram Dux classis ac summus præfectus salu-
gatus est.

Hic ergò cum iuramentum obedientiæ & fidelitatis à Capitaneis, nautis ac militibus pro
more sumpisset, literæ modo dictæ de noui Generalis electione vniuersis denuò recitatæ sunt:
quibus auditis mœror vniuersalis quadam tenus leniebatur, hoc insuper accedente, quod eodem
fine Capitaneus *Beuninghen* grauem & elegantem orationem ad populum ederet. Porrò, vt tem-
poris ratio aliqua haberetur, Generalis nauem suam, quam iam deferendam videbat, nouo capi-
te instructurus, senatum bellicum conuocauit, & communi habito consilio curauit, vt pro Vice-
Admirante Gerardus de *Beuninghen*: pro hoc rursus Capitaneus de *Weert*: & item pro isto Die-
tericus Gerrits *Enckhufanus* sufficeretur & constitueretur. Singuli autem hoc vespere ad suas
naues redeuntes, manè reconuenerunt: vt de cursus ac itineris modo exactius decerneretur. Iam
enim vix 26. *Orgyarum* profunditatem habebant. De his ergo sequente die constitueretur, &
in inuentarium, quæ & quanta bona Generalis defunctus reliquisset, refererebatur, nauibus nihil-
ominus cursum suum seruantibus. Ab eo tempore scorbutus inter populum, præcipuè autem in
prætoria naue, ita inualuit, vt omnes naues ægris refertæ essent. Die 27. *Petrus Ianssius*, prætor-
iæ nauis gubernator diem obiit.

Capitaneorum noua constitutio.

Morbi inter nauitas acerbaturs.

Die 28. *Generalis*, qui tum temporis in priore sua naui adhuc agebat, signo dato Capitaneos
ad se accersiuit. A quo ad omnes naues pergens, generale iuramentum sibi præstari iussit. Sed &
Capitanei omnes à suis sibi recens addictis nautis ac subditis peculiare iuramentum poscebant.
Generalis autem 29. Septembr. nauem veterem deserens, à prætoriæ nauis cum gratulatione
exceptus est.

His dicto modo curatis, continuandi itineris gratia cursum suum prorsum direxerunt, vsq;
dum à 4. Octobr. ad 6. paulò exquisiti in tra austrum & occasum, & post iterum intra ortum &
meridiem pertenderent. Circa hoc tempus ex nauè Fidelitate vocata signo dato, Capitanei con-
uocantur, quod *Boekholt* admodum infirmus esset. Quod verò ventus admodum importunus fla-
ret, solus Vice-Admirans ad eum visitandum perrexit.

Die 27. Octobr. Generalis ad Capitaneos vniuersos enunciauit, vt in omnibus promiscuè
nauibus tum preces tum ieiunia fierent, & Deus oraretur, vt in tot angustiis, non solum ab aquæ
inopia, sed & ægrorum multitudine positis, ipsis fidelem opem & auxilium cœlitus afferret. Hoc
tempore austri altitudinem 1½. graduum tenebant.

Scorbutus inualefcit.

Multitudo ægrorum sub Zona torrida. Anno bona Insula.

Die 2. Nouembr. cum scorbuti vis tam latè serpsisset, ac inualuisset, vt in prætoria naui vix
iam tot sani superessent, quibus regi nauis posset: Capitaneus etiam de *Weert* 70. ægros secū ha-
beret, iis non numeratis, qui contagione quidem inuasi, sed nondum tamè penitus deiecti essent:
sicut & in cæteris nauibus vltra 30. aut 40. morbofi numerarentur: Generalis ob hæc compulsus,
Capitaneis nautisque ac gubernatoribus vniuersis ad se concitis difficultates illas exposuit, di-
cens, sibi impossibile videri, vt diutius in mari citra maximæ populis partis dispendium & interne-
cionem versarentur. Collatis ergo sententiis vniuersi decreuerunt, vt alicubi terram quærent,
in qua ægri curari ac refici possent: quem in vsum Insulam Anno Bueno, vt quæ largissimam co-
piam carniū, auranciorum ac cæterorum fructuum haberet, omnium commodissimam puta-
bant. Intra Aquilo-eurum ergo cursum suum ad nominatam insulam recta continuauerunt.

Terra nec opinanti- bus oblata.

Circa noctis medium ferè, Admirans, qui prior cæteris nauigabat, disploso tormento signū
dedit. Nam præter omnem opinionem & supputationem gubernatorum, propinquam terram
videbat, quam nonnulli adhuc centenis, alii ducentenis, quidam centenis vicenis milliaribus ab-
esse erediderant. Cæteri ergo in nauibus qui erant, signo accepto, cum & ipsi terram propinquā
conspicarentur, in littore *Manicongo* anchoras miserunt, sub altitudine lineæ australis graduum
ferè trium: & binorum milliarium interuallo à terra stationem agentes, 8. passuum profunda-
tem habuerunt.

Nauis Episcopalis desideratur.

Hoc loco nauem Episcopi cum 11. personis desiderarunt, quam ab eo tempore non viderunt
iterum. Et licet nonnulli affirmet, quod eam ferente vento declinante conspexerint, ac ob id
eam voluntariam discessionem fecisse suspicentur: posteris tamen temporibus diuersum omni-
no compertum est, eam nimirum post diurnas iactationes ad *Capo de Lopo Gonzales* appulisse, vn-
de paulò antè *Hollandis* soluisset. Hic ergo illos nauē relicta, cum Domino *Mucherone* in *Indiam*
Occidentalem pronauigasse.

Manè diei 4. Nouembr. cum Capitanei in prætoria naui conuenissent: *Generalis Vice Admiran-*
tem cum scapha vna, & *Liburnica*, in terram emisit, vt quæ loci ratio esset, & vtrum portus aliquis,
in quo naues commodè versari possent, conspiceretur. Qui tamen propius ad terram impellens,
tantam fundi eminentiam attingit, vt magno percurrere labore vix posset. Nec tamen in terra
quicquam præter arbores quasdam offendit, licet secundum littus porrectum tam diu procurre-
ret, vt etiam propter noctis interlapsas tenebras ibidem morari cogeretur.

Postero

Postero die hoc ad naues reuerso, deliberatione habita Generalis mandauit, vt vela ad *Capo de Lopo Gonsales* uerterentur. Nam, quo morabantur loco, fundus admodum incommodus erat, ad eò, vt anchoræ sustinendis nauibus haudquaquam sufficerent, cum simul & venti impetuosus, ac maris vnde æstuosus furerent. Præter hoc & anchorarum funes admodum obtriti erant: & nauis insuper Fidei anchora vncum vnum perdidit.

A sexto die vsque ad nonum in littus *Guinea* peruenerunt, vbi *Æthiopes* aliquam multos ad colloquium, datis mercibus vilioribus illexerunt. Qui cum populi tantum numerum viderent, *Æthiopes* pauidi, ne spoliarentur, in pedes se coniecerunt. Nihilominus tamen *Generalis*, cum locum commodum dispexisset, mandauit, vt ægri in terram efferrentur, & custodia Capitaneis *Bockholt* cum tot militibus, quot opus esse videbatur, incumberet. Cæteri Capitanei noctu in nauibus delitauerunt.

Postero 10. die, cum videret *Generalis*, illic se nihil quicquam nec fructuum nec carnis adipisci posse: consultum putauit, vt ad loci *Regulum* aliqui mitterentur, qui tentarent, an ab illo quid commeatus pretio dato impetrare possent. Huic ergo prouinciæ obeundæ Capitaneum *Beuvinghen* designauit, qui cum sua scapha & itidem cum scapha Capitanei de *Weert*, quam eius curator *Ianus Klock* teneret, mercibus aliquot impositis egredere. Hi tamen 12. die dicti mensis reuerfi, præter gallinam vnam, & paucos *Plantanos* siue *Bonannos*, nihil attulerunt: ad eò, vt cogere cibum ex obuiis herbis, in campo enatis, vt sunt *Petroselinum* Marinum, nasturtium, & aurantia syluestria insipida simul ac inodora, parare. Hæ enim illic, licet copia minore, parabiles erant. Piscium tamen tantam multitudinem ceperunt, vt vniuersos absumere non possent.

Die 20. *Vice-Admirans* febri ardenti correptus, tam grauius decubuit, vt de vita eius omnes desperarent. Paulò post tamen reualefcens sese refecit. Die 23. in portum celox quædam de *Bamirâs* morrent *Ericks* appulit, in qua *Galicus* pilora siue nauta aduectus est, qui inter *Æthiopes* diutius versatus, regi familiariter notus erat. Is habito cum nostris colloquio, apud regem se curaturum spo-

Hollandi
Æthiopes
alloquun-
tur.
Ægri in
terram ex-
portantur.

Hollandi
cibum ca-
pitatum e-
mittuntur.

Vice-Ad-
mirâs mor-
bo corripit-
tur.



pondit, vt quicquid vellent, impetrarent. *Generalis* ergo vna cum hoc Capitaneum de Weert & binas scaphas amandauit. Cum ad littus venissent, *Gallus* Regi *Hollandorum* aduentum nunciatum abiit, vt is more suo se ornatum & splendidum ipsis exhiberet. Vocatus itaque cum suis ad regem Capitaneus, regem in humili, & vix pedem alta sella reperit. Pedes is subiectæ pelli agnitiæ imposuerat, & vestem ex panno violaceo paratam, ac tæniis ex auro spurio superinfratam induerat: quam, qui conspexerat, pro remige quodam paratam eam putassent. Capitaneus nec indusio, nec tibialibus, nec calceis cinctus, supra caput pileolum ex flavo, & rubeo & cyaneo panno intertextum gestabat. Idem faciem dealbârat cinere, ita tamen, vt nigrior cutis obiter transluceret. Collum corollis precariis, margaritis ex vitro factis innexis cinctum erat. Post regem rotundo orbe omnes eius nobiles confederant, qui capita sua pennis gallinaceis ornârant, & atram cutem pigmentis rubris tinxerant. Iuxta regem scabellum positum erat, storea ex iuncis texta infratum, in quo Capitaneus (qui hac pompa & maiestate spectanda occupatus, vix à risu se cõtinerere poterat) consideret. Hic ergo cum Regem istum more *Æthiopico* salutasset, iuxta eum confedit, eique sui aduentus causam exposuit: querens, quod loci habitatores nulla data causa profugissent, ad quos tamen amice tractatum venissent. Cæterum cum eorum naues omnes ægrotantibus oppletæ sint, impendiò se rogare, & pro mercibus, quas secum attulissent, fructus, gallinas, oves & hœdos à Rege impetrent. Rex *Hollandi* petitione audita, eos humaniter primò saluere iussit. Post, quibus opus haberent, æqua ratione omnia detulit. Capitaneum ipsum quoque secum in domum regiam (quam describere hoc loco stultitia sit: cum apud nos stabula bouum commodum pigmentis condita sint) abduxit. Quo cum peruentum est, Rex permutatione facta, pro linilacinia, & ferri portione Capitaneum Cabrito siue hœdulo, & paucis plantanis remunerauit.

Interea dum epulæ adornarentur, tubicines suos & musicos alios Capitaneus cantare iussit. Ex quo concentu voluptatis longè plus Rex hausit, quam Capitaneus, cui animus iam dudum in patinis erat. Post longam tandem moram à quadam femina regia in patina lignea Plantani aliquot tostis, cum fumo duratis aliquot piscibus promebantur. De quibus ferculis etiam Rex parcè gustaret quidem, Capitaneo tamen longè auidius & vberius ingerebat. Postea vinum etiam de palma propinatum est, porus certè non aslueris admodum ingratus. Cum aliquandiu sessum esset, remotis primis patinis, secundarium nihil appositum est. Quam parsimoniam Capitaneus oppidò admiratus, optabat, vt omnes veteres scriptores secum haberet, qui temperantiam *Lycurgi*, *Socratis*, *Cyri*, *Pori*, *Phraortis*, *Pompeii magni*, *C. Fabritii*, *Masiniæ*, & aliorum plurimorum literarum monumentis inferuissent. Certus enim erat, eos hunc regem vniuersis illis prælaturos esse, qui tamen, etiam obeso esset corpore, & valetudine vegeta, cum temperantia ista longè melius agebat, quàm qui vario apparatus, lautisque epulis continenter diffuissent.

Exacto prandio, cum esurie Capitaneo lactes adhuc rugirent, vt qui integro die priore parum comedisset: per interpretem significauit regi, si ægrè non ferret, appositurum se quoque cibos illos, quibus in nauibus vterentur, vt dixit nauticæ rex quoddam documentum haberet. Quod hoc saltem sine agebat, vt dilatam famem familiarioribus cibis comperere posset. Mappa ergò infrata, *Capitaneus* panem, cum infumata carne & caseo *Hollandico* & laguncula vino *Hispanico* plena apposuit. De quo vino Rex tantum gustabat, vt temulentior in conclaua quietum abducendus esset.

Interea temporis Capitaneus animi gratia locum illum, in quo 200. circiter domus erant, perambulabat. Cæterum vespera appellente, cum Rex nedum euigilasset, Capitaneus cum sociis ad scapham redire instituebat, vt illic pernoctarent. Dum verò socii conuocarentur, *Æthiopes* magno numero probè armati confluentes, transitum ituris ipsis obstruebant. Quod videns Capitaneus, cum primò in pauorem datus esset: postea tamen, quid vellent tot armati, quæsiuit. Qui responderunt ei, quendam è Capitaneis comitibus, ædibus alienis vim fecisse. Instiit ergo Capitaneus, vt violator eum illum digito intenderent aut monstrarent: promittens, quod sub aspectum ipsorum illum seuerè puniturus sit. Sed fixerant ista *Æthiopes* in concitati concursus excusationem. Hoc enim potius verebantur, vt *Hollandi*, si dimitterentur, sub noctem regressi, Regem cum aliquot ministris prehensum abducerent. Iam ergo Capitaneus intelligens, quod nisi per vim nullus sibi ad naues reditus pateret, ad regis domum reuersus, & vbi rex esset, sciscitatus, domo egressum esse, responsum accepit. Quo trutinato nihil secundi iam ominabatur: verum insidias nescio quas suspicabatur. Vi ergo dum sibi transitum parare meditaretur, tumultu rex suscitatus, vt erat nudus erupit, ac suos acriter reprehendit. Tumultus autem causa à Capitaneo narrata, Rex eum, vt secum pernoctaret, obsecrabat. Cuius petitioni Capitaneus facile parebat, vnà tamen rogans, vt fociorum parti potissimæ ad naues redire liceret. Ita cum octo aut decem è suis Capitaneus manebat. *Æthiopes* verò, nondum omnino pacati, passi non sunt, vt in ædibus

Æthiops
Rex vino
Hispanico
inebriatur.

Periculum
ab *Æthio-*
pibus.

Capitaneus
apud *Æ-*
thiopes per-
noctat.

ædibus regis pernoctaret, sed in domum aliam eundem abduxerunt: quam dispositis armatis tota nocte exquisitè custodierunt.



Manè cum in foribus staret Capitaneus, ad regem peregre se accingens, aspectus fœdi ac horridi fœmina, tota nuda ad eum propius aggressa, capsulam, cuius operculum loris coriaceis *vetula* connexum erat, ita vt follis instar intendi ac remitti posset, manibus gerebat. Hæc ter Capitaneum ambiens labris nescio quid murmuris edebat, subinde capsulam, cineribus plenam ita pulsans & deprimens, vt prouolitantibus illis vestes Capitanei vndiquaque obsiderentur. Quæ quidem, quid his voluerit, incertum est. Postea tamen Capitaneus ridens ad regem reuerfus rogauit, vt, quæ promississet, haud cunctanter præstaret. Rex ergò mandatum subditis faciebat, vt, quod cuiuis venale esset, conferretur. Sed præter Plantanos, & duas capras, quatuorque gallinas nihil allatum est. Quæ cum Capitaneus emisset, nec vberiora allatum iri speraret, valere iussu *Capitaneus à Rege discedit.* rege ad naues se recepit.

Die 26. Nouembr. naus *Barent Ericks* portum ingressa est, quæ in littore negotiationibus aliquandiu vacauerat.

Calend. Decembr. Generalis iterum duas scaphas cum eodem Gallo in terram emisit, qui tamen prioribus multò pauciora aduexerunt. Interea quidam è militibus Capitanei de Weert in sylua vicina aprum & duos bubalos ferierunt, nonnullasque aues cæperunt, quæ vniuersa inter ægros viritim distribuebantur. Generalis quin etiam indies tam manè quàm vesperi circuibat, *Generalis solatur ægros.* vt qui tractarentur ægri, attenderet, eisdem solaretur, & quæcunque necessaria ipsis futura promitteret.

Die 4. Decembr. ex insula *Del Principe* naus *Don Morien* in portum venit. Postero die Laurentius Christianus cum celoce eodem appulit.

Diligenti ergo habita cura ægris magna ex parte reualescentibus & scorbuti lue liberatis, cæteris verò hætenus sanis propter aëris æstum & insalubritatem loci febribus contrà frequentibus correptis: Generali tempestivum videbatur, vt inde discessio fieret. Itaque vniuersis in na-

ues recollectis circa 8. diei, horam 3. vel 4. decretum est, vt postero die vela eo loco rursus proferrentur. Quo, quamdiu morati sunt, 16. personas sepeliuerunt. Ipse quoque Capitaneus hic acutissima febre deiectus, priusquam malum euinceret, & sibi restitueretur, binos integros mentes impendit.

Annobonus Insula. Die 9. circa vesperam soluentes, cursum suum in Insulam Anno Bueno direxerunt, tentatim, num recentes carnes ac fructus tam pro veteribus quam nouis infirmis adipisci possent. Nam & ex classe Mucheronis 13. viros acceperant, ad cursum institutum conficiendum promptissimos. Illi tamen, qui scorbuto prius liberati censebantur, biduo post recidiuam passi sunt, ita vt maculae ipsis per cutem erumperent. Ex quo intelligi poterat, ipsos nondum ad sanitatem perfectam rediisse. Qua causa vnica ferè morus Generalis, senatu bellico consulto statuit, vt in Annobonam insulam diuerteretur, quò ægri in terram rursus exponi possent.

Hollandi Insulæ Annobon attingunt. Die 16. Insulæ dictæ successerunt. Cum verò *Generalis* Capitaneum *Dietericum Gerrits* cum binis scaphis in terram amandasset, desubito in littus aliquot *Lusitani* & *Ethiopes* q̄ proruperunt, qui ne propius accederet, prohibebant. Cum verò è longinquo Capitaneus exponeret, quod non nisi amici venirent, qui cibos & commearum pro ægris pretio iusto redempturi essent: admissis, quæ peterent, sponderunt, & iusserunt, vt diei sequentis aurora redirent. Iam enim vesperam esse: & Gubernatorem, in editiore monte habitantem, de his prius monendum videri. Hoc accepto responso Capitaneus ad naues rediit.

Lusitani Hollandos à litore arcant. Postero, nempe 17. die, idem Capitaneus cum duabus scaphis in terram rediit. Sed incolæ terræ, sclopets muniti in littus se effuderant, & alta voce, ne quò se propius admouerent, interminabantur. Nihil enim in his terris pro hostibus superesse. Capitaneus rectà ad *Generalem* reuersus, rem gestam ei narrat. Qui ob id continuo scaphas omnes impositis militibus munit, & eisdem Capitaneo *Bockholt* & *Tesserario Hooghstoel* ducibus, cum erectis vexillis in terram emit, quorum alter ad læuam, binis scaphis, alter ad dextram, cum cohortibus præcipuis in terram egrediebatur.



PARTIS NONÆ LIBER PRIMVS.

Quod videntes *Lusitani* ac *Aethiopes*, casas suas, quas prægressa nocte euacuarant, igne succē- *Lusitani*
 derunt, & deserto propugnaculo suo in montana se fuga proripuerunt, postquam in aduenas ali- *fugiant.*
 quoties prius defulminassent, & Capitanei *Bockholdt* tubicinem oblaxissent. Generalis autē po-
 stero die, cum occupata loca probè muniuisset, ægros in terram exportari curauit, & partem hor-
 rum in Templum, alios in reliquis ab incendio seruatas casas disposuit, ita tamen, vt cuiuslibet
 nauis ægri seorsim cubarent. Interim cum recentium fructuum, copiosè ibi crescentium, admo- *Egri in*
 dum auidi omnes essent, nullo ordine habito ad eos decerpandos quoquo versum euagati sunt. *terram ex-*
 Quod tamen nonnullis malè cessit. *Lusitani* enim, qui passim in insidiis latebant, occasione ca- *ponuntur.*
 prata, nunc hunc, nunc illum proficientes feriebant, & successu temporis haud raros læserunt. In-
 ter cæteros autem erat *Wouter Wouterß*, qui 19. huius mensis die trucidatus, in opprobrium & i-
 gnominiam *Hollandorum* maiorem publicæ viæ expositus inuentus est. Vitandi ergo maioris *Generalis*
 incommodi gratia *Generalis* singulis officariis simul & populo vniuerso seridè mandauit, ne quis *mandatum*
 quam sine consensu Capitanei *Bockholt* metas sibi positas transgredi attentaret. Nihilominus ta- *de fructibus*
 men confidentioribus nonnullis, contempto mandato, egressis, & domum cum vulneribus re- *non aufe-*
 ueris, coactus est *Generalis*, in transgressorum pœnam patibulum surrigere. Postero die popu- *rendu.*
 li quædam pars armata emissa est, quæ tentaret, an quosdam incolarum capriuos adducere pos-
 sent. Nullis verò inuentis, cum 27. captis abactis in castra redierunt.

Die 24. *Generalis* 150. circiter instructissimos viros ad montem quendam altiorem, in quo *Hollandi in*
Lusitani se obuallãrant, & ex quo eruptiones subinde cum magno nostrorum detrimento facie- *monte val-*
 bant, emisit. Qui cum propiores monti fierent, geminas in eundem ducentes vias inuenerunt. *latos Lus-*
 Vnde in duas se quoque cohortes dirimere coacti sunt. Magno itaque labore vtrinque versus *itanos oppu-*
 montis fastigium ascendendum erat. Iam ergo *Lusitani* ex edris locis in subiectos tum glandibus *gnant.*
 tum lapidibus tam violenter iaculabantur, vt primo statim insultu *Ian Iansß Kloeck* Capitanei de
Weert signifer & rationum præfectus, iuuenis quidem, sed reuera prudentiæ studiosus, cum non-



nullis aliis læsis ictus caderet. Itaque fremebundi etiam *Hollandi* suas partes agunt, crebrisq; fulminibus vi sese proferunt, adeò, vt vræque cohortes vnà ad fastigium occupandum conuenirēt. Statione itaque sua eieci *Lusitani*, munitionem factam fœdè deferunt.

Lusitani
munitionē
deferunt.

Occupato iam monte, cum, quos perdidissent, numerarent, signiferi obitus certè à plerisq; ægro animo auditus est. Nam impensius ab omnibus amabatur. Eundem tamen cum instructo comitatu ad *Generalem* miserunt; cui vnà, quo loco res essent, significari mandarunt, eius mandatum expectantes. Dum ergo sedulas ibi excubias agerent, gramine obtecta duo vasa, panibus refferta, & duos caseos *Hollandicos*, & vrceos aliquot vino *Hispanico* plenos inuenerunt: quæ omnia in castra prouecta æqualiter ægris distributa sunt. Tandem & ipsi iussu *Generalis* deferunt munitione ad suos reuersi sunt, postquam prius duas casas, gossypio plenas, in transitu exuffissent.

Ann. 1599.
Ianuar.

Signifer *Kloeck* in insula pomposè tumulatus est. Etsi verò ibidem vsque ad Calend. Ianuar. Anno 1599. morarentur, ægrorum tamen numerus nihilo minuebatur. Ea enim ferè fors erat, vt si aliquot scorbuto liberarentur, totidem illicò ardentibus febribus corriperebantur. Eodem loco plures 30. viris fati ablati sunt: inter quos etiam erat *Anglicus* in prætoria gubernator, *Thomas Spring*, iuuenis fortissimus & prudentissimus. Interea tamen paulatim tum aqua, tum ligna, vt & coquos & aurantia, magno numero nauibus illata sunt.

Ægri
naues refe-
runtur.

Postquam ergo *Generalis*, qui ipse in terram egressus, ægros subinde visitabat & solabatur, eosdem non saltem non minui, sed in dies propter aëris immoderationem auferere & multiplicari videret: vt in naues referrentur, & ex loco illo discessio fieret, consultum putauit. Mortuis itaque sepultis, & tentoriis cum templo exustis, 2. Ianuar. vniuersi in naues regressi sunt, viris 50. exceptis, qui tribus cohortibus dirempti, sese occultarunt, vt aliquos è *Lusitanis* præhenderent. Sed cum nec hoc consilium feliciter cederet, in naues se contulerunt. Postero die vniuersi ex *Annobono* soluentes rectà in fretum *Magellanicum* cursum direxerunt, ratum habentes, in nullo alio quam hoc loco appellere. Cum ergo aliquandiu vento fati commodo proferrentur, 9. Ian. Fidei nauis malus maior, infernè totus purretinofus & cariosus, corruit. Quæ tamen aduersitas cursum nauium nihil impediēbat, etsi in ista naui vix 7. aut 8. sani superessent, cæteris plerisque ardentibus febribus excarnificatis: inter quos paulo post etiam *Nicolaus Ianssus* eo morbo exspirauit. Morbi huius lues per hoc præcipuè disseminabatur, quod *Generalis* omnes nauas ac *Gubernatores* in Fidem nauem amandasset, qui in resarciendo malo vniuersi laborarent. Iste tandem 14. die erectus, etsi ex partibus octo constaret, commodus tamen satis erat, nisi quod equo breuior videretur. Interea temporis ipsa hæc nauis rudentibus ex prætoria religata proferebatur.

Hollandi
ad fretum
Magellani-
cum nauigant.
Fidei ma-
lus labascit.

Die 22. altitudinem austris 82. graduum attingentes, circa meridiem Insulam *Ascensionem* dictam conspicati sunt. Die huius mensis vltimo solem rectà in vertice positum habuerunt, ita, vt nullam vmbram funderet, gradus 20. & minuta totidem tenentes. Circa meridiem breuia *Abrolhos* transmiserunt, & *Iapyge* impellente, ad 9. vsque Martii diem versus *Libonorum* procurerunt: quo die altitudinem grad. 41. & min. 30. censebant. Hoc eodem die ex *Vice-Admirantis* naue miles quidam sententiis iudicum damnatus est, qui noctu coci reconditorium diuersis vicibus effregerat, & ex eo panes abstulerat. Is ergo die 10. ex malo suspensus, circa vesperam laqueo iterum exutus, & in mare deturbatus est.

Militum
quidam sus-
penditur.

Cæterum cum ægris ciborum appetitus paulatim restitueretur, sed obsonia non satis probe concoquerent: *Capitanei* cogebantur bis in dies astare & edentes moderari, quoties obsonia ipsis proponerentur. Tanta enim auuiditate illa ingerebant, vt & labra adurerent, ac ora, quorum partes exulceratæ frustillatim post excidebant. Generali quoque aduertente, vini quantitatem admodum defecisse: longinqui restantis itineris ratione habita, hunc in eo dispensando ordinem *Vini nouæ dispensatio*. præstituit, vt singulis diebus duo cyathi pleni ministrarentur.

Vini nouæ
dispensatio.

Die 10. altitudo 42. graduum erat, non procul à *Rio de Plata*. Eo loco mare vsque ad eò rubrum comparebat, vt mero sanguine commixtum putaretur. Cum verò vndam hausissent, eam totam vermibus rubris scatentem repperunt: qui in manus repositi, pulicum more exiliebant. Hos nonnulli putant statim temporibus à *Balænis* eiici. Post octiduum in naui *Fidelitate*, *Anglus* quidam miro quodam morbo periit. Cum enim ad mensam sedens ederet, retrò repente lapsus vultum toruum exhibebat, & spumas copiosas ore reddebat, voce ne minima edita. Hoc habitu iacuit vsque ad sequentis diei medium, quo vitæ finem fecit. Biduo post, eodem ferè morbo iuuenis quidam *Vltraæthenis* contactus est. Qui noctu ab excubiis reuersus, intenta voce derrepente clamare cepit. Ad hunc cum milites aliquot accurrissent, ipse illos toruo vultu inspexit, & tum mordendo, tum vnguibus lacerando, tum pugnis tundendo eosdem grauiter infestauit. Quem tamen correptum cum in loca frigidiora intulissent, diebus quatuor integris nullo nec cibo nec potu vsus, ore tandem aliquod obmurmurare obscuri cepit. Cui cum panis porrigeretur, truculentis

Nouus &
truculen-
tus morbus.

Diuturna
Epileptici
media.

lentis & sæuis gestibus illum audissimè arripuit, & crassissimè deuorauit. Ab eo tempore mente motus diutissimè manens, tandem in freto miserabiliter expirauit. Cum enim ad naturæ opera reddenda idoneum se præstare non posset, in perpetuo vdore cubanti tandem pedes perfrigerati ad tantam gangranam deuenerunt, vt iis præfectis omnino opus fuerit.

Die 23. nebulæ tam crassæ inciderunt, vt naues sese mutuo spectare non possent. Circa vesperam tamen vna iterum conueniebant. Post triduum similis nebula incidit. Cæterum vsque ad 28. diem cursu continuo procurerent; gradus 50. tenentes, bolidè missa, 60. passuum profunditatem emensî sunt. Circa noctem vento vsque adeo valido concussi sunt, vt prætoria nauis rimas *Prætoria nauis rimas agit.* ageret, per quas conferim aqua irrumpens, antliis vix sufficienter exigi poterat. Postero die iterum sub altitudine 50. graduum plumbum mittentes fundum 80. passuum habuerunt, arena cærulea permixtum.

Cal. Aprilibus vento Libonoto vsque ad postero diem vsi, eodem cursum suum continuauerunt. Circa meridiem versus Aquilonem terram altam conspicati, fundû argillosum 36. passuum deprehenderunt. Circa vesperam, cum à terra non longius 5. miliaribus abessent, ab ea versus ortum tendentes, postero die pellacia vsque ad vesperam vsi sunt, qua flante Aquilone intra austrum & occasum impulerunt, & hanc viam vsque ad diem 4. tenuerunt, quo 50. grad. & 46. minut. altitudinem habentes, 30. passuum profunditate nauigabant.

Die 5. grad. 52. altitudine, duobus ferè miliaribus secundum littorum longitudinem, quæ *Doverensî* parem propè altitudinem habebant, procurerunt, passuum 40. profunditatem habentes. Circa eiusdem tamen diei vesperam vento ex aquilone spirante, ne in terram propius impingerent versus ortum obliquarunt. Ita ergo postero 6. die in fauces freti Magellanici incurrerunt, *Hollandiæ via Magell. fauces ingreditur.* 12. 13. & alicubi 14. passuum profunditatem naçti. Circa vesperam in latere australi anchoras iactarunt 18. passuum, & propter malaciam maris ibidem per noctem subsederunt.

Die 7. leuatis iterum anchoris, Euronoto ferente secundum terræ porrectum altitudine 52. & dimid. grad. pronauigarunt, circa vesperam naues anchoris sistentes passibus ferè 19. Eo loco Capitaneus de Weert, cum funis tempestatum violentia diruptus esset, anchoram vnâ perdidit, ita, vt puppis ab æstuantibus vndis non nihil attolleretur. Quam tamen noua illico eiecta anchora breui iterum fixit & firmavit, vt æquo cum prora situ esset.

Postero die de recuperanda anchora serio laboratum est. Verum, quod funis cum anchora cohærens non emineret, sed pessum iuisset, operam frustraneam fecerunt. Hinc ergo Cauro impellente se emouentes, nubiloso cælo existète porrò tetenderunt. Vesperi idem Capitaneus paruum insulam 14. miliaribus intra fretum super breuius sitam & 3. passuum profunditatem habentem aggressus terram tenere se arbitratus est. Paulo tamè vltèrius se proferens 8. passuum aquam profundam recuperauit. Nam intra dictam Insulam & breuia illa transmittendum fuerat. Eodè loco cum anchoras misissent, fracto fune earum vnâ perdidit: quam tamen postero die magno labore rursus extraxerunt.

Prædicta Insula *Pinguinarum* geminarum minor erat, ad quam Vice-Admirans cum Capitaneus de Weert postero die 10. die April. appulerunt, vt officiariorum quendam *Ianum Diricks* *Insula.* Dordracensè, qui primus in freto obierat, ibidem tumularent. Appellentes ibi, ingentem volucrum copiam inuenierunt, quas *mergos* nominabant, quoniam sese submergètes è fundo cibum quærebant. Harum auium 1300. aut 1400. fustibus & contis cæsas, secum ad naues attulerunt.

Hisce auiibus vniuersam classè ex hoc loco instruere potuissent: Sed quod serena tempe- *Mergi 1400. fustibus occisi.* stas fulgeret, & ventus commodus spiraret, temporisque aliqua ratio habenda esset, utpote quod iam hyems præforibus staret: *Generali* diutius ibi morari inconsultum visum est, sperati, in australi Oceano victualium necessariorum se quantum opus esset, facile imperaturum esse. Inde ergo 19. Aprilis rursus soluerunt. Circa vesperam sub editiore terra quadam in parte Septentrionali 24. passibus anchoras miserunt, & postero die integro, qui Paschatis erat quod aura quieta esset, isdem ibi morati sunt. Ex loco isto Generalis Vice-Admirantem & Capitaneum de Weert cum 50. viris in terram emisit, vt aut homines, aut pecora quærent, & an nauibus ibi aliquis fuerus transitus sit, peruestigarent. Sed re infecta ad naues redierunt. Sequente die leuatis anchoris Aquilone & lapyge ferente versus meridiem directi, tota nocte tempestate quieta vsi protenderunt.

Die 13. vento satis commodo se ingerente, in latere Aquilonari portum quendam amœnum incurserunt, quem Angli propter ingentem numerum concharum, ibi parabilium *Conchiferum* appellant. Porrus hic intra fretum 21. miliaribus situs est: in quo iactatis anchoris 20. passus fundi argillosi repperunt: ex quo in terram egressi, limpidum & clarum riuum seu flumen inueniunt, in cuius ripa concharum lignorumque ingens multitudo erat. Eodem loco ad diem quartum commorati, quantum poterant, lignis ac aqua se instruebant, & 17. die Euro flante intra edi-

Montes
præalti
uereciti.

tam dictam terram penetrabant, ubi tamen propter altissimos montes ibi incumbentes, & niue perpetuò rectos transiunt nullum datum iri in principio videbatur.

Eodem die circa vesperam in parte aquilonari anchoras iacentes, II. 12. 15. 18. & 20. passuum fundum arenosum habuerunt. Postero die iterum subtractis anchoris Euro impellente aliquotusque procurrerunt. Sed hoc vento breui mutato, coacti denuo in sinu quodam aquilonem spectante anchoris subfederunt, passibus 14. in fundo argilloso.

Sinus viridi in freto.

Sinus iste sub grad. 54. situs, viridis dictus, curua quadam eminentia in Septentrionem excurret, in cuius medio tres paræ Insulæ visuntur, quarum minima Orientem spectans, nauibus fabricandis, si opus sit, valde commoda videtur. Ea enim admodum arenosa ac elata est, virentibus arboribus, Lauris similibus, licet procerioribus, ornatissima: quarum cortex pipetis modo saporem acrem & mordentem præbet. Ibidem aquæ potabilis limpidissimus quoque fluuius est, conchis vndiquaque constratus, quarum nonnullæ dodrantis longitudinem habent. Sed & anarum ac anserum hic insignis copia: ita, vt sinus hic commodissimus sit eorum omnium, qui in freto isto reperiuntur: in quo perpetuo 12. 15. 20. 30. & 45. passuum profunditas esse solet.

Concha magna. & anserum copia.

Hoc in loco vsque ad 23. Augusti commorandum ipsis fuit, quod ventum nullum idoneum consequi possent. Et cum nec venti se commodi offerrent, ac simul hyems insularet, ibidem ærumnis maximis obruti, vltra centum viros perdidertunt. Continuis enim procellis concussi, totos dies nunc vela st. ingendo, nunc pandendo, nunc anchoras mittendo, nunc retrahendo, & innumera alia agitando, in exhaustis laboribus terebant. Iam & naues inuicem collidebantur: & fluctuum insultu in littora dispellebantur: vt ad eas redigendas & firmandas Herculei labores requirerentur. Tum & subinde pluuuis, ventis, grandine, & niue verberati, in terram egredi cogebantur, iam ligna, iam aquam, iam conchas, iam aliud quod ex vsu erat, allatum & aductum. Quibus certe omnibus iniuriis & incommodis populi pars maxima omninò eneruabatur. Postea & fames horrida ingruebat, quod in frigidiore loco versarentur. Quam causam ex naturæ modo eleganter declarat, celebris Barrasius in suæ nauigationis die secunda, his verbis: *Qui in locis frigidioribus habitant, propter auctum internum calorem plus cibi possunt digeruntq., quam qui in calidis locis macri gracilesque sunt, qui ab externo solis ardore nigriores euadunt. Eadem ratio eorum quoque est, qui in temperato aëre habitant: quorum ventriculi hyeme calidiores sunt, quam in æstate.* Hæc Bartas.

Hyems in freto. Magna inopia & labores in freto, cum iactura multorum sociorum.

Famis causa frigus.

Accidit ergò, vt ventriculi externo frigore calidiores redditi, nullo cibo satiari possent, eorum comprimitis, qui in Fide naue versabantur. Ii enim opsoniis omnium maximè destituebantur. Itaque, quicquid vsquam obuium arripiebant, in corpus ingerebant, vt crudas conchas, radices, herbas: quæ dum ad ignem coquerentur, expectare illis difficile erat, etsi in nauibus perpetui ignes fouerentur, ad quos tum calefierent, tum cibos elixarent. Et, licet *Generalis* quidem istius nauis Capitaneo, nonnas sex pisorum fabarumque ex sua nauæ tradidisset, ista tamen omnia nihil proficebant, adeò vt fames eorum deinceps nullo cibo castigari posse videretur. Sed & vestibus non vsque adeo probè muniti erant. Vnde motus generalis, cistas nonnullas panno refertas referari iussit, quibus distributis nudiores vestirentur. Nihilominus tamen ex frequenti concharu & crudissimorum aliorum ciboru ingestione, ac aëris perpetua rigiditate, permulti ex iis hydrope tam violento inuadebantur, vt plurimi ex eo fati fungerentur.

Fames in Fide nauis.

Hydropici nauis. Sumptuum de autis sumptum.

Die 22. Aprilis suspendio nauæ duo adiudicati sunt: ideo quod effracto penore oleum furtim abstulissent. Quorum vnus, cum iam laqueo suffocatus esset, alter intercessione multorum liberatus cum alio quodam, qui furti conscius, illud Capitaneo non prodidisset, virgis cæsus est.

Capitaneus Bockholt obiit. Balthasar Cordes Capitaneus nauis Fidei iacta.

Die 28. Aprilis *Capitaneus Bockholt*, qui phthisi longo tempore absumptus erat, in freto obiit. Huic tumulus in terra factus est. Cumque more solenni sepeliretur, ex singulis nauibus ter tormenta displosa sunt. Huic omnium voto electus Balthasar de Cordes successit: qui 3. Maij nauis Fidelitatis dictæ administrationem suscepit. Biduo post, pannis largius dispensari cepit, ita, vt singuli diertim libram dimidiam eius sortirentur. Hoc ipso in portu *Ioannes Corpus*, prætorix nauis signifer, quoque sepultus est.

Gigantes in freto Magellanico mire feriatu.

Die 7. Maij *Vice-Admirans* cum sua & *Generalis* scapha versus austrum in Insulam quandam sinu Viridi recta oppositam, Gobiones captarum egressus est. Eo delati septem Canoas feris hominibus obsessas repererunt, quorum, vt coniectura dabat, longitudo 10. aut 11. pedum erat, corpore rubeo capillis promissis ex capite obducto. Hi scaphis animaduërsis festinanter in terram impellentes coniectis & extortis confertim lapidibus in Hollandos adeò fulminarunt, vt *Vice-Admirans* Insulæ appropinquare non auderet. Videtes autem Barbari, quod *Vice-Admirans* porro progredi dubitaret, repente vniuersi in Canoas suas insiliunt, & magno clamore ad scaphas inuadendas sese accingunt.

Cum



Cum ergo iam propius appulissent, iussit Capitaneus, ut in ipsos Musquetas suas milites exonerarent. Quo facto, vno momento illico 4. vel 5. ceciderunt. Eo spectaculo terrefacti, versus terram denuo festinantes, aliquousque profugerunt. Et euulsis crassis arboribus, moles & vallum congegesserunt, vnde in aduenas lapides eiaculari, eorumque imperum sustinere possent. Sed immanes ac truculentos hos deferens Capitaneus, re infecta circa vesperam ad naues rediit. Propter ventorum autem incommoditatem ibidem aliquot diebus comoramantes, in terram indies scaphis egressi sunt, ut conchas, herbasque ac radices, & alia obuialegerent. Cum verò quarendo longius à se inuicem discessissent: ex arbustis feri in proximos Batauos irruentes, tres eorum miserè trucidarunt: ex quibus erant *Adrianus Cornelius Enckhusanus, Sebastianus Arens* à *Mosa tradit, & Marcus Marci Amstelredamus*. Sed & *Alb. Thunissen de Calenburch, & Ianus Ians Amstelredamus*, grauius vulnerati sunt. Cæsos immaniter tractabant: & hos geminos quoque morti dedissent, nisi Capitaneus de Cordes interueniens eos eripuisset. Feri hi homines toti nudi erant, vno excepto, qui nescio quid collo circumligarat. Arma eorum erant, tela ex ligno durissimo, quæ expeditè vibrare norant. Hæc crenis seu hamulis ita exasperata erant, ut si in corpus penetrarent, extrahi non possent, sed nouaculis excindi eas opus esset.

Barbari aliquot gladiis traiecit occumbunt.

Interea, cum Hispanica nauis illa, quam ante *S. Iacobi* occupant, tempestatum violentia admodum quassata in terram eiecta esset, nec refarciri commodè posse videretur: *Generalis* consentiente senatu bellico decreuit, ut ex ea contracta, prætoria scapha maior extrueretur ita, ut *Pinasæ* vsus præstaret. Itaque die 16. asseres auulsi in terram prolati sunt. Ex quibus iunctis magna festinatione tignarii octidui spatio scapham ita condiderunt, ut illic in aquam promitteretur. Huic Gubernator præfectus est *Gillis Iansonius*. Postero 28. die, vetus illa liburnica igne concremata est.

Barbarorum in fredo descriptio.

Die 17. Capitaneus de *Weert* (quod iam omnibus opsoniis consumptis, solis iusculis victitare cogentur) pisces captatum in littus excurrit. Interim violentissimo Cæcia surgente mare

Hispanica Liburnica exurit.

rantoperè æstuare cœpit, vt nolentes volentes biduo integro in terra illa se continere cogeren-
tur. Qui tamen postea vacui ad naues reuerſi sunt.

Die 18. vento adhuc non nihil fremente, Vice-Admirantis nauta quidam *Dietericus de Groot*,
qui in pergula naus nescio quid operabatur, in mare delapsus est. Cui cum propter magnam ven-
torum violentiam suppetiæ nullæ ferri possent, in conspectu sociorum suffocatus est.

Concio ha-
bita in ni-
uis.

Die 22. Augusti, *Generalis*, populo omni in terram egresso, et si niue omnia canderent, concio-
nem publicam fieri mandauit, qua Deo gratiæ dicerentur, quod integro iam anno in tam pericu-
loſo itinere seruati essent: & idem deuotis precibus rogaretur, vt porro quoque gratiam suam &
miseri cordiam ipsis clementer conferat, vt cœptum iter feliciter confectum dare valeant.

Sinus de
Cordes.

In viridis hoc sinu, cui (quod classis ibi hybernasset, & ex fame ac cæteris laboribus ærumnis-
que vltra 120. homines extincti essent) nomen de *Cordes* dederunt, porro quoque cum imbris,
grandine, ventisque perperuis, cum fame & in æstimabili miseria, vsque ad 25. Augusti commorati
sunt.

Hollandi
ex sinu vi-
ridi solvunt.

Die 23. Augusti, hinc soluentes tandem, vento Iapyge intra Aquilo-zephyrum impulerunt.
Sed quod vis huius venti admodum exigua esset, posteri diei aurora anchoras denuo mittere co-
acti sunt: quas vesperi attollentes, circa noctis horam decimam in grandem sinum partis australis
cum reflua vnda ingressi sunt, post quem Insula quædam parua 16. 24. 30. & 40. passuum profundi-
tatem habens sita conspiciebatur. Locus hic anchoris mittendis omnium aptissimus erat. Ex eo
enim, quoties lubebat, ventis optatis excurri poterat. *Generalis* ergo vt ad se vniuersi Capitanei
& nauæ congregarentur, signo dato iussit. Virtute enim & constantia officiariorum motus, in-
freto isto monumentum quoddam suffixurus erat, quod testaretur, *Hollandicam* classẽ nullis aut
periculis aut ærumnis absterritam hac transiisse, & primos eos è nationibus vniuersis cum tot
nauibus transitum istum patefecisse. Ad fraternitatem ergo seu societatem istam stabiliendam.

Commodus
in freto si-
nus.

sex è tota classe primarios secreuit, qui iurifurandi religione sese mutuo obstringerent, quod nul-
lo vsquam tempore, aut summis periculis ærumnisque, aut ipsa quoque morte pauesciti, quic-
quam admitturi aut designaturi essent, quod vel infamiam propriam, vel patriæ opprobrium ac
dedecus, vel semel huius suscepti itineris remoram vel in minimo causari posset: sed quod contra
potius vitam & sanguinem ipsum impendere velint, saltem, vt in festi sui hostis vim quadam tenus
proterere ac eleuare, cursumque institutum feliciter exigere valeant. Itaque *Hollandicum* in sine
eo ipso in loco surrexerunt, ex quo *Rex Hispanorum* thesauros suos, quibus fretus hæctenus vniuer-
ſo *Belgio* tam hostilia arma intendit, magna ex parte colligit ac conquirat.

Generalis
transitus
monimen-
tam sta-
tuit.

Fraterni-
tas stabili-
tur. & qui-
bus condi-
tionibus.

Hæc fraternitas in freti illius parte australi, illiusmodi ceremoniis ac solennitatibus, quales
loci ratio tulit, constituta est: quod fœdus pactum, *Fraternitatem liberati Leonis* indigetauerunt. In
eius rei memoriam tabulæ cuidam sua nomina in sculpsertur: quam, vt à præternauigantibus om-
nibus clarè perspici posset, columnis altis suffixerunt. Et cum in fœdere hoc sanciendo omni-
fariæ ceremonias equestres adhibuissent: ob id sinum hunc Equitum sinum nuncupauerunt, ex
quo tandem 28. diei mensis die ferente vulturno soluentes, dimidii miliaris ferè spatio secundum
littus aquilonare pronauigauerunt, vbi in breuia quædam inciderunt, comminuendis nauibus
admodum procliuia. Inde verò industriè se rursus extricantes in sinum quandam australem se-
cedentes, anchoras 20. passuum profunditate iactarunt. Ibidem aq̃ potabilis pronissima copia erat.

Sinus eque-
stris.

Pro mandato ergo *Generalis*, Capitaneus de *Weert* scapham suam viris quot opus erat muni-
tam, in sinum Equestrem rursus egit, vt fraternitatis tabulam ibi erectam, referret inde, & in loca
commodiora statueret. Eius verò sinus angulum nauibus ambiens, 80. circiter Barbaros, in terra
confidentes, ac in vicinia 8. vel 10. Iollas siue canoas tenentes, conspiciatam est. Hi quam-
rimum scapham appropinquantem vidissent, ingenti clamore suscitato, vt propius ad se accederent, ma-
nibus iactatis innuebant. At Capitaneus quod se nimis ad hos edomandos infirmum videret, illi-
cò retrò ad naues commeuit, vt rem hanc *Generalis* ocyus impertiret. Sed cum discederet, Bar-
bari eum per littoris longitudinem concitatus insectantes, subinde alta voce clamitabant, & vt
ad se rediret amarulenti quasi inuitabant.

Immanitas
Barbarorum.

Generalis ergo re comperta, tres scaphas milite plenas subito in dictum sinum amandauit.
Qui tamen in littus egressi neminem eorum loco priore inuenerunt. Immanitatis tamen ab ipsis
exercitiæ certa vestigia repererunt. Nam quæ defunctorum sociorum cadauera ibidem nuper tu-
mulauerant, ea Barbari non solum sepulchris eruerant, verum etiam immani laniena fœdissimè
discerperant. Inter cæteros Iani Ians *Generalis* Chirurgus inhumanissimè consauciatus, mise-
randum spectaculum exhibebat: cui & buccas disciderant, & fustibus caput contuderant, & telo
cor perfoderant, & pudendum amputarant, & tandem ita mutilatum in vnda abiecerant. Ta-
li enim habitu inuentus, & à sociis denuo sepultus est. Sed & archimagiri sepulchrum patens in-
uentum est, cadauere nullibi conspicuo: ita, vt suspicio esset, id à feris iis hominibus ablatum fuisse.

Truci

Truci hoc spectaculo militum animi vsque adeò in furorem dati sunt, vt & loca passim vniuersa perquirere, & Barbaros istos dira vltione vindicare satagerent. Sed quod loca ista pleraque vasta viderentur, & adpellens vespera reditum ad naues suaderet, fragmenta saltem quædã istius tabulæ, quam Barbari frustillatim comminuerant, secum ad naues attulere.

Postridie 2. Septemb. eo loco rursùm excedentes, ferenti Cauro sese crediderunt, & circa 3. diei horam fines freti attingentes, commoda tempestate Oceanum australem ingressi sunt.

Die 5. & 6. solito Cauro adhuc persistentes, metæ priori feliciter insistebant. Hoc tempore sex naues, quibus etiam scapha pridem excremata Liburnica facta connumerabatur, vniuersæ adhuc coniunctæ pergebant. Circa diei septimæ verò initium ventis impetuosioribus mare ita exæstuaui, vt proprætoria nauis, quam scapha iuncta sequebatur, anchoras iactare cogeretur. Eadem & *Fidelitatis* nauis, quæ scapham suam non extulerat, necessitas incumberebat. Capitaneus verò de *Weert*, qui suam scapham, quam primo fretum egressus esset, intro receperat, Admirantem prænauiantem in sequebatur.

Interim maiori celoci, quæ ad *Fidei læuam* concurrebat, aduersitas quædam oblata est, quæ principium & causa vniuersæ classis dissepationis erat. Cum enim crebris succussionibus, à fluctuum ventorumque vi factis, pars quædam de nauis excidisset, & antennam priorem non sine grandi mali periculo secum abripuisset: contractis illicò velis eliso tormento cæteris anterioribus huius rei signum datum est. Quod vbi Capitaneus de *Weert* audiuiisset, anchoram & ipse emisit, ac sua vela festino collegit, vt hoc pacto sibi opem inuicem præstare possent. *Fidelitatis* verò scapha cum eodem sine ad periclitantem celocem emitteretur, fluctuum concitatione fremente euerfa, funditus periit.

Interim tamen Prætoria nauis, propter non auditum signum strenuè ventos sequente, factum est, vt eadem à cæteris interuallo quàm longissimo euagaretur. Attamen *Vice-Admirans*, cum casum videret, cepit & ipse pro ferendo auxilio vela sua legere. Paulò post, nebula tam densa & crassa illapsa est, vt ab vna nauis ad alteram prospectus minimè pertingeret. Commorantes tamen vniuersi, celoci resarciendæ, & quæ exciderant, reponendis, maloque firmando certatim laboriosè incumbebant. Die verò 8. Septembr. sub auroram, commorantium trium nauium duæ scaphæ desiderabantur, quas tamen, cum & cæteri vela ventis rursus dedissent, trium horarum spatio iterum consecuti sunt, sperantes fore, vt breui tempore nauem quoque prætoriam cum gaudio assequerentur.

Vbi conuentum est, Capitaneus *Dietericus Geeritsz* celeriter ad *Vice-Admirantem* amandat, rogans, vt is *Capitaneus de Weerde & Cordes* mandet, quo sitos tignarios illicò ad celocem mittant, qui fractas nauis partes redintegrent. Quod cum impetrari facile posset, duo illi (nam in vtraque nauis vnus saltem tignarius erat) vnà, cum magno *Fidei & Fidelitatis* damno, ad celocem missi sunt. Hæ siquidem duæ naues ab eo tempore postea nunquam iterum spectatæ cæteris fuerunt. Nam cum 10. Septembr. cæcias tam violentus irrueret, vt eæ rursùm suum omnino inuertere, & intra medium austrum ac occasum procurrere cogerentur; celox circa vesperam sua vela, vt & Prætoria, quæ duæ præcurrerant, legit. Quod cum *Fides & Fidelitas* vidissent, sensim ferentem ventum secutæ sunt, quod arbitrarentur, celocis malum iam iterum aliquid damni accepisse. Interea tamen, cum nox obscurior incubuisset, celocis ac Prætoriæ vela rursus ventis data sunt (sicut id postea *Dionysius Thuenissen* testatus est) & signo ne minimo quidem, quod facere debebant, dato, perrexerunt. Cum vero duæ restites naues horum omnium nesciæ essent, vnà iunctæ manserunt, sperantes fore, vt *Charitas*, suum aduentum omnino præstolaretur. Die erumpente, iam binæ hæ naues se penitus desertas esse, cum magno dolore deprehenderunt. Capitaneo cum primis de *Weert* hæc desertio magnæ ægritudinis erat, quod duos saltem *Gubernatores* peritos secum haberet, & nauarchus in lecto æger cubaret, & cæteri nauis plerique viribus suis exhausti essent. Itaque ad Capitaneum de *Cordes* exiguo velo procurrens, impendio illum obsecrabat, vt cum nauem instructiorem haberet, sui aliquam curam gereret. Hi ergo citra insignem causam vela sua nec augere nec minuire se velle compromittentes, recuperandæ societatis magno desiderio ita paulatim iam procedebant.

Die 16. dicti mensis flante austro procurrentes, postera luce Libonoto impellente ad gradum 54. lineæ æquinoctialis ascenderunt. Eodem die *Nicolaus Ysebrands*, Capitanei de *Weert* nauclerus magna istius nauis iactura obiit. Iam enim, qui nauis imperitaret, nemo illic supererat.

Die 19. cum cæcias primo perflasset, postea Argestes tam violentus insonuit, vt metu euerfionis nauium, contractis velis omnino pergere cogerentur. Nam & vndæ æstus tam horridus fremebat, vt exterior *Fidei* pergula transversis pollicis latitudine emoueretur, & *Fidelitas*, irruentibus de super vndis ita oppleteretur, vt in tabulatis nauis vsque ad genua in aquis pedirent. Vnde de factum, vt panes plurimi maderent, & humore corrumperentur. Quin & nauis Capitanei

de *Weert* carina, per rimam cæcam factam, tantum iam aquæ imbiberat, vt ea exhaurienda integras noctes diesque occuparentur, priusquam inuentam rimam materia idonea iterum obstruxissent. In tot tantisque periculis ac arumnis binæ hæ naues 24. diebus versatæ, nonnunquam cum, aliquando sine velis agitabantur, adeo vt à se inuicem quoque multoties disicerentur ac dispellerentur. Præter hæc dira quoque fames milites misere lancinabat: vt qui consuētis dum concis iam in solidum orbarentur, & solo pane ac siccatis piscibus viuere cogerentur.

Fames
duarū na-
uium ma-
gna.

Itaque dum hinc fame & inedia, illinc procellis & tempestatibus crebris colliderentur, adeoque medullitus eneruarentur: die insuper 25. Septembr. nouis procellis concussi, noctu in freti terram aquilonarem, quam propter densas tenebras videre non poterant, sed ab eadem se adhuc 20. milliariibus distare arbitrabantur, impeggerunt: ex qua tamen mira agilitate se iterum expediuerunt illic ac extricauerunt. Quod dum anniterentur, *Fides*, quæ propter dictas crassas tenebras, longius prospicere nõ poterat, in medio extricationis molimine rectà in opposito duos præsignes scopulos erigi animaduertit, quorum vnus viri stantis altitudine ex vndis extabat, alter procerior in altero latere eminebat, quos maris æstus fremitu horrido conuerberabat. Hic quâctis in periculis versati fuerint, cuiuslibet facile iudicatu est. Nam effugii nullum humanum mediū supererat: siquidem omnino perripendum videretur, & regressus propter posticorum scopulorum metum nullus etiam daretur. Taceo, quod vrgentes tenebræ etiam boni consilii omnem copiam differrent. Interim verò Capitaneus de *Weert*, qui de hac non minus quam sua naue seruanda seriò laborabat, succenso multoties puluere pyrio tot splendores faciebat, vt loci ratio aliquantò melius peruideri posset.

Præsen-
simum pe-
riculum.

In mediis his angustiis ad Deum preces effundentes, vela, quantum poterant, conuertebant. Quorum miserus DEVS manifestam quoque opem in momento illis præstitit: adeo, vt facilè se inde & sine vllò damno non solum extricarent, verum & in loca securiora breui efferrètur. Dum ergo loci conditionem de die inspiciunt, vix tribus à freto milliariibus se abesse animaduerrunt. Vnde in fretum recurrenti, & portum quendam expectandis ventis idoneum quærendi consilium capiunt. Circa vesperam itaque ad freti angulum australem, duabus eminentibus infulis conspicuum, ac à terra firma stadii meta distantem, peruenientes, ab hac in ipsum fretum sesquimilliaris fermè spatio incurrunt. Vbi cum portum commodum consecuti essent: loco tamen propter noctis tenebras, & frequentium infularum viciniam parum fidentes, versus terram se recipere constituunt, ideò cum primis quod fluctuum vi à freto iam se sex milliariū spatio abactos esse peruiderent.

Duerelictæ
naues ad
fretum pe-
currunt.

Dum ergo *Fidelitas* præcurreret, paulò post, commodi inuenti fundi signum dedit: qua causa & *Fides* se sinui isti propius intulit. Ibi autem vix tantillum morati, fundum seu sinum eum non pro opinione prima opatum esse animaduertebat. Capitaneus enim de *Weert* rectà post nauem suam caute cæcam se latentem deprehenderat. Itaque pro commodiore statione quærenda gubernatorem amandare coactus est. Is verò sinum vndiquaque pererrans, præter saxosum fundum nihil reperire potuit.

Continuò
sinus in-
commodus.

Calend. Octobr. procellis horrendis ex Aquilone & Oriente medio ingruentibus, tribus anchoris naues sistere coacti sunt. Breui tamen remittente tempestate, securè vsque ad 10. diem. Octobr. habuerunt, quo funis anchorarius *Fidei* diserepuit. Itaque noua anchora missa, propter scopulos dictos tota nocte manifestis periculis expositi erant, dum tandem die oriente, anchoris sublati, commodiore alio loco cõsiderent, vna hac spe suos animos lactantes, fore forsan, vt propter ætatem iam appellentem breui tempestatas optatior inundet. Sed spes hæc eos admodum turpiter sefellit. Nam ab eo tempore duobus integris mensibus nulla dies adeo serena illis effulgebat, qua madida saltem vela resiccare possent.

Fides duas
anchors
perdit.

Dicti mensis die 14. tam vrgens iterum cæcias surrexit, vt eius violentia plerisque anchorarum funibus obrutis, & nauibus concussis Capitaneus de *Weert*, deserto isto sinu portum tutiorem sectari, seriò suaderet. Itaque in anchora quotidiana recuperanda laboratum est haud tenuiter. Quam tamen, quod in foueam 40. passibus profundam incidisset, redipisci iam impossibile erat. Cæterum anchoram alteram iactatoriam recuperarunt quidem, sed fractam. Ita, vt hac nocte duæ anchoræ perierint. Nihilominus tamen, cum cogitarent, diurnam anchoram piscationis ritu in littus aliquando extrahere, in dicto sinu adhuc diutius commorari placuit, naue tamen paulò altius in loca securiora ab his scopulis deducta. Diuersis ergo vicibus ab eo tentatum est, an dictam anchoram quacunque industria extrahere liceret. Sed frustra omnia. Tum & *Fidelitas* nauis, quæ ipsa hæctenus firma & quietà stabat, procellis crebris emota die 17. sub nocte versus terram dispelli cœpit: quæ tamen duabus illic aliis anchoris missis periculum illud quadatenus effugit ac declinavit. Exorto die postero, cum ad priorem locum redeundi omnem operam impenderent, funes suos tam profundè obrutis deprehenderunt, vt omnem frustra in hac re impen-

re impendi operam liquidò viderent. Itaque cum omnem longiorem in hoc sinu moram cum certo fore periculo putarent: die 18. inde soluentes, aliò concesserunt, Capitaneus de Weert inuito quidem anchoram suam post se relincente. Sinum seu portum hunc *Periculosum* nominauerunt, quod 20. integris diebus cum certo vitæ periculo in eo versati fuissent.

Sinus periculosus.

Cæterum postquam portus commodioris quærendi causa inde discessissent, Thracia flante versus ortum milliari vno penitus in fretum incurrentes, portum vsque adeo commodum & tutum attingerunt, vt is nullis ventorum iniuriis expositus esset. Hunc ingressi naues propè terrâ 60. passuum profunditate fixerunt. Capitaneus autem de Weert, qui prius anchoram in mari perdiderat, duobus cassis funibus ex arbore religatis nauem suam reuinciebat, quod speraret, se minore cum periculo ibi ventorum opportunitatem præstolari posse.

Naui de arbore religatur.

Itaque cum isto modo satis firmiter religatam nauem arbitraretur: cœpit 22. die Octobr. nauem, in cuius fundo duas reliquas anchoras condiderat bonis exportatis omnibus euacuare aut exinanire. Circa meridiem, cum iam tabulata nauis omnia doliis & ferri molibus superius constrata esset, dicto ocyus tempestas inualuit tam horrida ac procellosa, vt nauis, quæ parte inferiore iam alleuiata non nihil erat, in latus tota declinaret, & funis, quo religata erat, rumperetur. Hoc viso, celeritate incredibili anchoram iactantes, quod poterant, corrigebant. Cum verò is locus admodum profundus & saxosus esset, accidit, vt priusquam anchora firmaretur, nauis ista in *Fidelitatem* ventorum vi incurreretur, adeò, vt iam periculo euidenti omnia dubia essent. Nam ex collisione naues manifestè crepantes auditæ sunt. Et nisi funes, quibus nauis terræ innexa erat, ram validi extitissent, certè a se disseparari tam facile illæ non potuissent.

Capitaneus de Weert vltimas anchoras profert. Subitanea tempestas.

Cæterum cum ventus subinde inualeceret, & violentior de montibus continenter increbresceret; funibus dictæ nauis nonnullis ruptis, nonnullis ruptis, adeoque anchora ipsa laxata eadem versus terram violenter compelli cœpit: ita, vt, priusquam firmari iterum posset, iam terram ipsa cum sua scapha feriret.

Fides in terram expletur.

Etsi verò Capitaneus milites nonnullos ad naues figendas & sistendas cum funibus emitte- ret: ac ex altera naui Dionysius Thunifis cum 10. aut 12. viris ei auxiliatum properaret: tentatu tamen omnia difficillima videbantur. Hisce in extremis angustius cum & noctis & consiliorum summa cæcitas esset, hoc ommissis cæteris, vna opera omnes agere cœperunt, vt ad minimum panes suos maturè eriperent ac efferrent, ne pereuntibus cæteris, tandem ipsimet miserabili quoque e- surie ibi mori cogerentur. Sed misericors Deus, qui promptam opem ipsis iam aliquoties attule- rat, ita hærentes manifesto auxilio iterum iuuit, ac eripuit, ventos aquilonares violentos confer- tim immittens, quorum impetu naues à litore dispellerentur. Ita ergo periculo exempti, cum post dies illuxisset, funibus validis nauem è terra iterum firmarunt, & anchoram fractam attraxe- runt. Postea ad opus inceptum redeunt, binas anchoras è nauis fundo emoliti sunt, & vacua dolia aqua replentes, ventum idoneum expectarunt.

Diuinum auxilium præfens in grauius periculum.

Interea dum ibi morarentur, totos dies ac noctes quærendo in terra cibo, & naues firman- do, & vela curando transegerunt, nihil perpetuis pluuiis, ac niuibus ventisque obstantibus: ita, vt nouem illis mensibus, quibus in freto obhæserant, velum antennis nullum soluerent ad resiccand- um, quod iugiter ventos commodos, quibus festinò soluerent, præstolarentur.

Perseuerantibus ergo tot laboribus, & frigore intenso, & vdore molesto, & fame sæua conti- nuò durante, Capitaneus de Weert milites tandem vsque adeò indignati sunt, vt vniuersi ægros si- mularent. Cumque Capitaneus ipse quotidie vnâ cum militibus, aut conchas lectum aut aues captatum in terram egredere tur: nauæ cæteri, qui in nauibus manserant, ex compacto rem agē- res consilium ceperunt contra Capitaneum insurgendi, eumque, vt domum tandem rediret, compellendi: dicentes, hæc enus se iuramento suo satis superque defunctos esse, vt qui ventum, expectando idoneum suorum partem maximam impendissent, partem alteram morbis & labori- bus ita eneçtos haberent, vt muniendis ac regundis nauibus iam non sufficerent. Porrò autem & comæatus tantam esse penuriam, vt diutius morantibus is facilè periturus sit. Sed & vniuersos anchorarum funes obtritos, & anchoras ipsas amissas reditum in patriam ita obstinatè suadere, vt non prohibas, sed mera temeritas & stultitia futura sit, si porrò extrema tentandò susceptum iter continueretur.

Militum contra Capitanæum rebellio.

His ac similibus militum causationibus, Capitaneus, quod ex tempore poterat, respòdebat, impendio rogans simul & obrestans, vt Dei misericordia fidentes, eius auxilium patienter ex- pectarent, & dati semel iuramenti probè memores essent. Sibi enim tamdiu non statutum esse domum reuerti, donec vel ad minimam scapham muniendam viri suppetere. His tamen non admodum moti milites, frigidè omnia tractabāt: adeo, vt Capitaneus, quoties anchoras suas atrol- lere vellet, vocato subinde alterius nauis nauclero opus haberet. Præsentem Capitaneum, omnes in- firmi erāt. Eo absente, diris omnia execrabātur, & porrò ne vlli quidè operi manū admouere pro-

Sed nihil inuisitas inuenquam fidere diuin.

pram

ptam deierabant. Quod etsi certo indicio id omnē Capitaneus quidem rescisceret, nullius se tamen eius conscium fingebat, sed solando populum & ipsum animando iugiter instabat, & operas omnium primus aggrediebatur, adeo, vt suo exemplo nonnullos in pudorem daret.

Tandem tamen, cum à Capitaneo de Cordes admoheretur, præcipuos quosdam in nauī officiariorum, milites suos pusillanimes ac pauidos reddere: eorum quemlibet seorsim compellans, sermō interdicebat, ne porrò quicquam vel dicerent vel molirentur, quò militum animi enervari ac ignauiores fieri possent, sed potius omnia ad suscitandos eos idonea meditentur. Recitatis etiam confederationis articulis, eosdem sui iuramenti præstiti memores esse iubebat. Officiarii autem pro excusatione sui Capitaneo respondebant, quod assiduis militum querelis fatigati, eorum solandorum porrò nullam copiam haberent. Nam & fame longinqua exhaustos illos, nullis laboribus porrò ferendis aptos esse. Tum & sustinendis diutius imbribus imparēs, obstinatè sibi proposuisse, quam primum in Oceanum australem perueniret, desertione facta scaphis aufugere. Nauem enim vsque adeò desertam esse, vt nullo dubio breui pessum itura sit. Hoc responso audito Capitaneus quidem tum temporis acquiescere se fingebat: sed cum tempore faciendum precum postea congregati omnes essent, hac oratione eos compellare cœpit.

Capitaneus
ad milites
oratio.

Quantis, o socii, tum laboribus, tum periculis ac impensis consisteret, quod nos quidem per fretum hoc in Oceanum australem traicente huc denno reuoluti simus, vestrum nemo est, qui ignoret: adeo, vt, quod nonnullorum indicio de vobis mihi nunciatum est, verum esse credere haud facile queam. Mei tamen debiti ac ipsius rei grauitate motus facere non possum, quin significem vobis, suspiris ad me haud obscuris relatum esse, quod inter vos milites quidam refractarii & rebelles sint, qui ceteros ad labores & obuia pericula sustinenda promptos ac alacres, seducant, & vt fuga elapsi domum redeant, protervè suadeant. Quod si quidem verum est, Deus, qui tot iam periculis pressis manifestam & subitanam nobis opem multoties attulit, causam hanc videat & iudicet. Mihi tamen hæcenus persuaderi minimè potuit, è vobis quemquam esse, qui tot tantisq; iam dum exantlati laboribus ac miseriis, nunc demum fracto animo succumbat, nulla cura habita à illius doloris ac diuidie, quam Generalis, qui summo nobis vniuersis studio semper fuit, ex absentia nostra percepturus sit, dum per nos vniuersa instituta nauigatio hoc pacto annihilaretur, & is incassum nostrum aduentum sibi polliceretur. Qua salis industria, quo prætextu nostrum in patriam reditum velabimus, si iusurandum sanctè præstitum, temerario perituro sceleratissime violauerimus? Quo tandem loco vel Angli vel Hispani, vel quicumque alii exteri Hollandos, sulcando Oceano veluti natos habituri sunt, si nos integræ hyemis iniurias constanti animo tolerasse, & nunc estate appellente demum in patriam reditum molitos audiant? Non ea tempestatum & procellarum perpetua duratio erit: sed cum Sol iam ad summum conscenderit, diesq; longissimi sint, spes est fore, vt serenitas aëris & tempestatum commoditas breui tandem nobis iterum effulgeat. Patienter ergo tantillum moræ feramus, Deumque Optimum Maximum rogemus, vt felici suo nutu cursum nostrum expeditissime dirigat. Me quidem quoad attinet, dum hos artus spiritus moderatur, dum reueri prius non statui, quam iter semel inceptum feliciter, aut certè quomodocumque confecero. Quin & mori mihi proclivius erit, quam cum dedecore cursum reflectere. Id quod de me vobis penitus persuasum sit.

Precibus
minas re-
ad-
ditis

Sed hoc tamen scitote, me primum quemque, porrò reditum mentionem ullam facturum, crudeli mortis genere obruncaturum esse. Quanquam non dubitè dare vestre fidei vniuersos vos & memores & tenaces postmodum futuros. Exemplo vobis ea societas sit, quæ Fidelitatem nauem tanto affectu tuetur. Huic enim vel mori prius obstinatū est, quam cursum ceptum non animosè prosequi. Quod si pauciores isti continuanda nauigationis tam tenaces sunt: quid vos amabo non deceat, quorum & numerus & apparatus maior est? Reuersio nis ergo vel cogitationem longè ex animis ac pectoribus vestris exigit. Sed & hoc sedulo cauete, ne pronas ac hiantes aures is præbeat, qui ignauiores reditum vobis quādocumque suspiri sunt, ne vno eodemque cum ipsis supplicio abripiamini. Periturorum enim loco isti mihi vniuersi erunt, & pena equalis utrosque nulla exceptione manebit.

Militum
seditio quo-
dammodo
sed ita.

Hac vobis, boni commilitones, ita in genere proponenda duximus. Quanquam & id malim credere, indicium hoc de vobis ad me factum relatum potius, quam in rei veritate huiusmodi querelas à vobis agitas esse. Hoc tamen sine à vobis meam hanc orationem accipi volo, vt nihil quicquam dubitetis, quin morigeros & industrios certis præmiis cohonestaturus, rebelles vero ac contumaces merita pœna vindicaturus sim.

Hac Capitanei oratione eortaseditio quodammodo sedata, militibusque abiectionibus quasi nouus animus additus est: sed is status non admodum diuturnus erat. Nam tædium & rebellio militum paulò post recruduit: ita, vt Capitaneo prouincia hæc durissima incumberet, cum tam paucis proclivibus tot onera, tot negotia confecta dare. Et nisi Fidelitatis nauclerus huic nauim tam tempestium subinde auxilium attulisset, haud dubio eadem multoties in saxa ac littora illisa fuisset. Sed iniurias ac proteruiam hanc dissimulare, locus & tempus instans, vt maxime cogebat.

Tempestatum interim fera, ac crebri imbres, procellæque frequentes, è montanis violenter irruentes nihilo minus continuabant, adeo vt naues totas euersum iri, singulis propè momentis viderentur.

derentur. Quod si eo loco fluctuum vis liberè vagari potuisset, nullis certè vspiam aut anchoris aut aliis quibuscunque machinationibus naues seruare licuisset. Itaque quia fluctus quietiores essent, ventorum infremetium vis non tantam formidinem cedere poterat; qui tamen 3. Nouemb. tanto impetu & concitatione irruerunt, vt *Fidei* tres funes, quibus è terra religata erat, rumpè-
 rant. Et licet anchora quidem pro sistenda & firmanda naue expeditius mitteretur: seruari tamen
 abilla non potuit, sed violenter in breuia compulsa est.

*Fidei funes
rumpun-
tur.*

Cum autem circa vesperam procellarum fremitus non nihil remisisset, Capitaneus de Cordes periclitanti de *Weert* nauclerum suum cum aliquot nautis auxiliarum misit, quorum industria nauis facilè rursus extricata & seruata est. Hanc ergo funibus longe valentioribus de terra reli-
 gata iterum obfirmarunt. Hæc dum isthæc fierent, *Fidelitatis* etiam interea rudentes, quibus
 de terra fixa erat, procellarum violentia rumpebantur: quæ ob id periculo tentabatur haud leui.
 Sed quod illico tres anchoras promptas iactassent, declinato non nihil infortunio ibi vsque ad po-
 sterum diem nauem continuerunt, donec funibus refartis eandem iterum de terra firmarent &
 sisterent.

*Commune
vtriusque
navis peri-
culum.*

Hæc in statione quamdiu morabantur, comæatus nihil propè desiderabât. Conchis enim & ostreis sinus omnis referens erat. Quas licet propter crebras pruinas milites ægrè quidem le-
 gerent, præsentè tamen Capiteano tergiuersari nihil audebant, quod ipsemet cum illis quibinde
 egredereetur, & necessaria quæ essent, accuraret ac conueheret.

Porrò cum nonnulli rationibus coactis (licet penarium condum ipsum non conspexissent, cui Capitaneus cum archimagiro scribam suum Arnoldum Houden inspectorem constituerat) affirmarent, fieri minime posse, vt cum tantillo penu diutius ac longius procederetur: Capita-
 neus, vt hunc quoque scrupulum suis commilitonibus eximeret, in cameram seu cellam ingressus,
 apparatus præsentem cum futuro tempore supputauit. Et licet à verò haud multum abesse mili-
 tates videret: nihilominus tamen egressus, ad focos præsentè animo, pro quatuor integris mensibus
 panem sufficientem adhuc superesse, edixit. Bono ergo omnes animo esse iubebat. Quicquid ta-
 men sit, præcise sibi constitutum esse assererat, aut ventum commodum expectare, aut hoc non
 impetrato, in *Indiam Orientalem* ad classi redeunti occurrendum pertendere. Quæ verba ideo
 præcipue reperebat, vt reditus omnem spem ex animis sociorum elideret.

*Miseram
spem fronte
serenat.*

Die 2. Septembr. *Caurum* adepti flantem sunt. Qui etsi in ipso quidem sinu non admodum
 validus esset: cuius tamen continuando non inidoneus videbatur. Magna ergo velocitate attra-
 ctis anchoris, & funibus resolutis, vela adornarunt, vt cum dicto vento in Oceanum australem
 pergerent. Dum ergo hæc sedulo agitantur, propter implicitos permixtosque varios ventos intra
 scopulos frementes, ac ipsius sinus angustiam, loco isto ne tantillum se emouere quidem valebât.
 Quin & in medio isto conatu Capitanei de *Weert* nauis versus terram tam prope proiecta est, vt
 Capitaneus altero pede in exteriori nauis pergula stans, altero ipsas litoris crepidines attingere
 posset, periculo certè vniuersorum non leui, si venti violentia maior & concitator fuisset. Nec
 se inde quidem villo extricare iterum nisi potuisset, nisi Capitaneus de *Cordes* tempestiue appu-
 lisset, qui duabus integris horis è sinu exitum molitus, tandem tamen infecta re intrò redire co-
 actus est. Communi ergo opera nauem à terra iterum dispulerunt, & in tutiora loca statue-
 runt.

*Spes lan-
guida &
euaniida.*

Cum verò Capitaneus de *Weert* apud *Fidelitatem* se iam contineret propius, citra anchora-
 rum opem solo fune, de terra firmato, nauem figebat, quod nec vllus ventus spiraret, & nec an-
 choras iacere illic ipsi volupe esset. Nam diutius in eo sinu morari omninò nolebat. Postea circa
 meridiem vtræque iunctim naues è sinu isto (quem *clausum* aut *obseptum* nominarant) egressæ sunt,
 euidenti sane *Fidelitatis* periculo, quæ in cautem valide impegerat. A qua tamen illusione nihil
 damni accepit.

*Sinus clau-
sus.*

Circa vesperam etsi cæcis spiraret minime placidus, nocte tamen ista anchoras haud qua-
 quam mittere volebant. Itaque paulò post, horis aliquot elapsis, ventus in ortum perflabat: quo
 animaduerso lætari sunt haud tenuiter, gaudio certe non admodum diuturno. Nam vbi diesce-
 ret, Zephyri cum cæcis tam validi & impetuosi perflare incipiebant, vt contractis velis, solis ven-
 torum insultibus ducti in latus australe secedere cogerentur, vt ibi sinum aliquem turum & ido-
 neum reperirent.

Interea autem, priusquam sentiret, *Fidelitas* terræ vicina erat: adeò, vt de damno secuturo
 haud parum timeret. Dum tamen de terra iterum erueretur, scapha inter proram nauis & ter-
 ram acta vehementissime concussa ab eo incussu quoque pessum itura fuisset nisi restio quidam
Sander Sanders nomine continuò in eam insilisset, & eam tamdiu nautea exonerasset, dum in
 nauem altius attolleretur. Quod dum fieret, fors aduersa eum ipsum corripuit, qui declinandæ
 eius causa tantopere laborauerat. Cum enim miser in exigenda vnda admodum strenuus esset,
 fluctuum

*Restio in
mare excu-
ratur, pe-
ritus.*

ptam deierabant. Quod etsi certo indicio id omne Capitaneus quidem resciceret, nullius se tamen eius conscium fingebat, sed solando populum & ipsum animando iugiter instabat, & operas omnium primus aggrediebatur, adeo, vt suo exemplo nonnullos in pudorem daret.

Tandem tamen, cum à Capitaneus de Cordes admoneretur, præcipuos quosdam in nauis officiariorum, milites suos pusillanimes ac pauidos reddere: eorum quemlibet seorsim compellans, serior interdicebat, ne porro quicquam vel dicerent vel molirentur, quo militum animi eneruari ac ignauiores fieri possent, sed potius omnia ad fuscitandos eos idonea meditentur. Recitatis etiam confederationis articulis, eosdem sui iuramenti præstiti memores esse iubebat. Officiarii autem pro excusatione sui Capitaneus respondebant, quod assiduis militum quærelis fatigati, eorum solandorum porro nullam copiam haberent. Nam & fame longinqua exhaustos illos, nullis laboribus porro ferendis aptos esse. Tum & sustinendis diutius imbris imparēs, obstinatè sibi proposuisse, quam primum in Oceanum australem peruenirent, desertione facta scaphis aufugere. Nauem enim iam vsque adeo desertam esse, vt nullo dubio breui pessum itura sit. Hoc responso audito Capitaneus quidem tum temporis acquiescere se fingebat: sed cum tempore faciendum precum postea congregati omnes essent, hac oratione eos compellare cœpit.

Capitaneus
ad milites
oratio.

Quantis, o socii, tum laboribus, tum periculis ac impensis consistiterit, quod nos quidem per fretum hoc in Oceanum australem traicente huc denudò reuoluti simus, vestrum nemo est, qui ignoret: adeo, vt, quod nonnullorum indicio de vobis mihi nuntiatum est, verum esse credere haud facile queam. Mei tamen debiti ac ipsius rei gravitate motus facere non possum, quin significem vobis, si sarris ad me haud obscuris relatum esse, quod inter vos milites quidam refractarii & rebelles sint, qui ceteros ad labores & obuia pericula sustinenda promptos ac alacres, seducant, & vt fuga elapsi domum redeant, protervè suadeant. Quod si quidem verum est, Deus, qui tot iam periculis pressis manifestam & subitanam nobis opem multoties attulit, causam hanc videat & iudicet: mihi tamen hæcenus persuaderi minimè potuit, è vobis quemquam esse, qui tot tantisq; iamdum exantillat is laboribus ac miseriis, nunc demum fracto animo succumbat, nulla cura habita illius doloris ac diuidie, quam Generalis, qui summo nobis vniuersi studio semper fauit, ex absentia nostra percepturus sit, dum per nos vniuersam instituta nauigatio hoc pacto annihilaretur, & is incassum nostrum aduentum sibi polliceretur. Qua saluti industria, quo prætextu nostrum in patriam reditum velabimus, si iusurandum sanctè præstitum, temerario perituro sceleratissime violauerimus? Quo tandem loco vel Angli vel Hispani, vel quicumque alii exteri Hollandos, sulcando Oceano veluti natos habituri sunt, si nos integrè hyemis iniurias constanti animo tolerasse, & nunc estate appellente demum in patriam reditum molitos audiant? Non ea tempestatum & procellarum perpetua duratio erit: sed cum Soliam ad summum conscenderit, diesq; longissimi sint, spes est fore, vt serenitas aëris & tempestatis commoditas breui tandem nobis iterum effulgeat. Patienter ergo tantillum moræ feramus, Deumque Optimum Maximum rogemus, vt felici suo nutu cursum nostrum expeditissime dirigat. Me quidem quod attinet, dum hos arum spiritus moderatur, domum reuerti prius non statui, quam iter semel incertum feliciter, aut certè quomodocunque confecero. Quin & mori mihi proclinius erit, quam cum dedecore cursum reflectere. Id quod de me vobis penitus persuasum sit.

Precibus
minas
ad uigilantiam
dit.

Sed hoc tamen scitote, me primum quemque, porro reditus mentionem ullam facturum, et ueluti mortis genere obruncaturum esse. Quamquam non dubitem data vestre fidei vniuersos vos & memores & tenaces postmodum futuros. Exemplo vobis ea societas sit, quæ Fidelitatem nostram tanto affectu tueatur. Huc enim vel mori prius obstinatum est, quam cursum ceptum non animosè prosequi. Quod si pauciores isti continuanda nauigationis tam tenaces sunt, quid vos amabo non deceat, quorum & numerus & apparatus maior est? Reuersionis ergo vel cogitationem longè ex animi ac pectoribus vestris exigite. Sed & hoc sedulo cauetè, ne pronas ac hiantes aures iis præbeat, qui ignauiores reditum vobis quomodocunque iussuri sunt, ne vno eodemque cum ipsis supplicio abripiamini. Periturorum enim loco isti mihi vniuersi erunt, & pœna æqualis utrosque nulla exceptione manebit.

Militum
seditio quo
dammodo
sed. ita.

Hac vobis, boni commilitones, ita in genere proponenda duximus. Quamquam & id malum credere, indicium hoc de vobis ad me fictum relatum potius, quam in rei veritate huiusmodi quærelas à vobis agitas esse. Hoc tamen sine à vobis meam hanc orationem accipi volo, vt nihil quicquam dubitetis, quin morigeros & industrios certis præmiis dishonesturos, rebelles verò ac contumaces merita pœna vindicaturus sim.

Hac Capitaneus oratione coorta seditio quodammodo sedata, militibusque abiectionibus quasi nouus animus additus est: sed is status non admodum diuturnus erat. Nam tædium & rebellio militum paulò post recruduit ita, vt Capitaneus pro uincia hæc durissima incumberet, cum tam paucis procliuibus tot onera, tot negotia confecta dare. Et nisi Fidelitatis nauclerus huic nauis tam tempestiuum subindè auxilium attulisset, haud dubio eadem multoties in saxa ac littora illisa fuisset. Sed iniurias ac proteruiam hanc dissimulare, locus & tempus instans, vt maximè cogebat.

Tempestatas interim fera, ac crebri imbres, procellæque frequentes, è montanis violentè irruentes nihilo minus continuabant, adeo vt naues totas euersum iri, singulis propè momentis viderentur.

derentur. Quod si eo loco fluctuum vis liberè vagari potuisset, nullis certè vspiam aut anchoris aut aliis quibuscunque machinationibus naues seruare licuisset. Itaque quia fluctus quietiores essent, ventorum infrementium vis non tantam formidinem cedere poterat; qui tamen 3. Nouemb. tanto impetu & concitatione irruerunt, vt *Fidei* tres funes, quibus è terra religata erat, rumpere-
 tur. Et licet anchora quidem pro sistenda & firmanda naue expeditius mitteretur: seruati tamen
 abilla non potuit, sed violenter in breuia compulsa est.

*Fidei funes
rumpun-
tur.*

Cum autem circa vesperam procellarum fremitus non nihil remisisset, Capitaneus *de Cordes* periclitanti *de Weert* nauclerum suum cum aliquot nautis auxiliarum misit, quorum industria nauis facilè rursus extricata & seruata est. Hanc ergo funibus longe valentioribus de terra reli-
 gatam iterum obfirmarunt. Hæc dum isthæc fierent, *Fidelitatis* etiam interea rudentes, quibus
 de terra fixa erat, procellarum violentia rumpebantur: quæ ob id periculo tentabatur haud leui.
 Sed quod illico tres anchoras promptas iactassent, declinato non nihil infortunio ibi vsque ad po-
 steriorum diem nauem continuerunt, donec funibus refartis eandem iterum de terra firmarent &
 sisterent.

*Commune
vtriusque
navis peri-
culum.*

Hæc in statione quamdiu morabantur, comæatus nihil propè desiderabât. Conchis enim
 & ostreis sinus omnis refertus erat. Quas licet propter crebras pruinas milites ægrè quidem le-
 gerent, præsentem tamen Capitaneo tergiuerfari nihil audebant, quod ipsemet cum illis quibinde
 egrederetur, & necessaria quæ essent, accuraret ac conueheret.

Porro cum nonnulli rationibus coactis (licet penarium condum ipsum non conspexissent,
 cui Capitaneus cum archimagistro scribam suum Arnoldum Houden inspectorem constituerat)
 affirmarent, fieri minime posse, vt cum tantillo penu diutius ac longius procederetur: Capita-
 neus, vt hunc quoque scrupulum suis commilitonibus eximeret, in cameram seu cellam ingressus,
 apparatus præsentem cum futuro tempore supputauit. Et licet à verò haud multum abesse mili-
 tates videret: nihilominus tamen egressus, ad socios præsentem animo, pro quatuor integris mensibus
 panem sufficientem adhuc superesse, edixit. Bono ergo omnes animo esse iubebat. Quicquid ta-
 men sit, præcise sibi constitutum esse assererat, aut ventum commodum expectare, aut hoc non
 impetrato, in *Indiam Orientalem* ad classi redeunti occurrendum pendere. Quæ verba ideo
 præcipue reprobata, vt reditus omnem spem ex animis sociorum elideret.

*Miseram
spem fronte
serenat.*

Die 2. Septembr. *Caurum* adepti flantem sunt. Qui etsi in ipso quidem sinu non admodum
 validus esset: cuius tamen continuando non inidoneus videbatur. Magna ergo velocitate attra-
 ctis anchoris, & funibus resolutis, vela adornarunt, vt cum dicto vento in Oceanum australem
 pergerent. Dum ergo hæc sedulo agitarent, propter implicitos permixtosque varios ventos intra
 scopulos frementes, ac ipsius sinus angustiam, loco isto ne tantillum se emouere quidem valebât.
 Quin & in medio isto conatu Capitanei *de Weert* nauis versus terram tam prope proiecta est, vt
 Capitaneus altero pede in exteriori nauis pergula stans, altero ipsas litoris crepidines attingere
 posset, periculo certè vniuersorum non leui, si venti violentia maior & concitator fuisset. Nec
 se inde quidem vilo extricare iterum nisi potuisset, nisi Capitaneus *de Cordes* tempestiue appu-
 lisset, qui duabus integris horis è sinu exitum molitus, tandem tamen infecta re intrò redire co-
 actus est. Communi ergo opera nauem à terra iterum dispulerunt, & in tutiora loca statue-
 runt.

*Spes lan-
guida &
euaniida.*

Cum verò Capitaneus *de Weert* apud *Fidelitatem* se iam contineret propius, citra anchora-
 rum opem solo fune, de terra firmato, nauem figebat, quod nec vllus ventus spiraret, & nec an-
 choras iacere illic ipsi volupe esset. Nam diutius in eo sinu morari omninò nolebat. Postcâ circa
 meridiem vtræque iunctim naues è sinu isto (quem *clausum* aut *obseptum* nominarant) egressæ sunt,
 euidenti sane *Fidelitatis* periculo, quæ in cauem valide impegemat. A qua tamen illusione nihil
 damni accepit.

*Sinus clau-
sus.*

Circa vesperam etsi cæcias spiraret minime placidus, nocte tamen ista anchoras haudqua-
 quam mittere volebant. Itaque paulò post, horis aliquot elapsis, ventus in ortum perflabat: quo
 animaduerso lætari sunt haud tenuiter, gaudio certe non admodum diuturno. Nam vbi diesce-
 ret, Zephyri cum cæciis tam validi & impetuosi perflare incipiebant, vt contractis velis, solis ven-
 torum insulcibus ducti in latus australe secedere cogerentur, vt ibi sinum aliquem turum & ido-
 neum reperirent.

Interea autem, priusquam sentiret, *Fidelitas* terræ vicina erat: adeò, vt de damno secuturo
 haud parum timeret. Dum tamen de terra iterum erueretur, scapha inter proram nauis & ter-
 ram acta vehementissime concussa ab eo incursu quoque pessumitura fuisset nisi restio quidam
Sander Sanders nomine continuo in eam insilisset, & eam tamdiu nautica exonerasset, dum in
 nauem altius attolleretur. Quod dum fieret, fors aduersa eum ipsum corripuit, qui declinandæ
 eius causa tantopere laborauerat. Cum enim miser in exigenda vnda admodum strenuus esset,
 fluctuum

*Restio in
mare excu-
ritur, pe-
rit.*

fluuuium impulsu è scapha repente exturbatus est, vt auxilio ferendo nullus locus esset.

Porro ergò trium milliarium spatio à loco priore secedentibus nauibus, Capitaneus *de Weert* 25. passibus anchoras figebat. Sed Capitaneus *de Cordes* vnus milliariis interstitio in eodem sinu post humilem quandam angulum 26. passibus nauem suam tendebat. Postero die, nempe 4. Decembr. Capitaneus *de Weert*, cui, quod tantis à se interuallis distaret, non placeret, scapha sua *ad Cordes* descendit, de loci ratione, an suæ quoque nauis commodus esset, dispecturus. Sed inidoneo eo inuento, *Cordes* Capitaneum *de Weert* rogat, vt suam scapham, pro quaerendo in littore cibo, sibi aliquantisper vsurariam faciat. Quod etiam facile impetrat.

*Anchora
Fidei fran-
gitur.*

Die 6. procellis iterum concussi tam rapidis sunt, vt *Fidei* funis anchorarius rumpeatur, ipsaque anchora in fundo relinqueretur. Alia ergo missa & iacta, cum postero die de illa eruenda studiose ab omnibus laboraretur, caput repente de nouo tempestas tam valida ingruere, vt similem prius non experti sint. Ventorum enim fremitu maris vnda tam altè attollebatur, vt antennis etiam multoties feriret. Quæ procellæ, cum biduo integro durarent, *Fidei* funis anchorarius continua succussatione maximopere attritus est, magno Capitanei mœore, vt cui is solidus funis solus iam superesset. Nihilominus tamen vsque ad 10. diem ista aduersitas ita toleranda erat.

*Fidelitas
desidera-
tur.*

A Meridie, cum tempestas tranquillior esset, Capitaneus *de Weert* ad Capitaneum *de Cordes* abiit, vt de statu eius sciscitaretur, & scapham suam simul secum adduceret. Sed cum prædictum angulum obiens, illum nullibi prospectaret, magno mœore concussus, & varia animo suo suspicatus, ad nauem suam redit, postero die vniuersos sinus angulos eius quaerendi causa peruagaturus.

*Fidelitas
reperitur.*

Nocte ergo illa variis cogitatibus ac consiliis exacta manè, etsi tum venti tum pluuiæ incumberent, cum populi sui maxima parte egressus, post longam tandem nauigationem in decliuem quandam angulum incidit, ex quo, magno omnium gaudio, summitas nauis desideratæ eminebat, quæ post Insulam quandam secesserat, & ex ea funibus firmabatur. Cum ergo Capitaneus propius ad ipsam contendere anniteretur, ausum hunc Gubernatores inconsultè arbitrati sunt, quod ventis idoneis inde redire non liceret. Nihilominus tamen hortatu Capitanei processum est. Ibi ergo cognouit, qua causa pulsi, deserta statione huc se potissimum recepissent. Recensebat enim nauclerus, quomodo 5. Decembr. elapso anchoram suam perdidissent, & ob id ne in breuia illiderentur, statione antiqua excedere coacti, post Insulam hanc excubissent. Eo nuncio accepto iam Capitaneus lætior, 11. Decembr. ad nauem suam redit, apud *Cordes* scapha relicta, qua in perditæ anchoræ recuperatione vteretur. Sed tum temporis, se sociam *Fidelitatem* iam nouissimè videre, nihil quicquam ominabatur.

*Capitaneus
conuiuio
socios exci-
pit.*

Cæterum, cum propter crebras ac diuturnas procellas, & anchorarum perditarum iacturâ, rudentumq; ac funium inopiam, ac tum famis, tum frigoris, laborisq; cõtinuam exacerbationem nauis animum iterum desponderent, ac mortem ipsam sibi imprecarètur, ideò cum primis, quod ob panis penuriam tandem omnibus moriendum esse augurarentur: Capitaneus repetè sociæ nauis gaudium præterdens, postero die conuiuium indicere statuit, ad quod vniuersos sanos inuitarèt. Nam in binis nuper excursibus factis, anseres ac anates & aues aliquot alias cæperat. Hæc verò occasionem sibi parabat, vt populum eo commodius ad patientiam adhortari, ac de nouo animare posset. Dum ergo genialiter omnes epularentur, caput de fideli præstita opera ipsis ex ordine gratias agere, & beneuolentiam omnem suam vicissim deferre, & obsecrare, vt in proposito laudabili isto porro quoque obdurarent, Deumq; de successu commodiore & optatiore precarentur, vt cuius auxilium opemque paternam hæctenus in summis periculis semper promptam impetrassent.

*Ferinarum
hominum
tres Canoas.*

Conuiuio exacto dimissis mandauit, vt sese ad ciborum venationem pro more iterum accingerent. Intereà & ipsemet se ad excurrendum instruebat. Cum verò in angulum quandam Occidentalem incurrerent, tres Canoas hominibus feris plenas conspiciunt. Qui cum scapham appellentem vidissent, in terram ilicet exilientes, in montium præcipitia cercopithecorum more agilimè euaserunt.

*Hollandi
feminam
barbaram
cum duobus
liberis ca-
piunt.
Præsentis
animi mu-
lier.*

Hos cum Capitaneus aliquantisper frustra insectatus esset, ad canoas postea eorum perrexit, vt, quid iis veherent, videret. Præter vero mergos seu vrinatrices, & hamos ligneos, & ferarû pelles, nihil inuenit. Quibus in canois relictis, iunctim in terram exilierunt, quaesitum, an ex feris aliqui se fors alicubi occultassent. Dum ergo quoquo versum procederent, ad pedem montis feminam cum duobus liberis admodum festinantem offenderunt, quam ob id in canoarum vnâ comitibus liberis abduxerunt, nullum vsquam commotionis signum præbentem. Hanc in nauem allatam quid ageret, valdè curiose obseruarunt. Sed mœoris aut consternationis ne minimum quidem indicium exhibuit. Hæc membrorum constitutione mediocriterat, ventrem prominulum ac propendentem gerens, corpore rubeo, gestibus agrestibus & iactabundis, capillis

PARTIS NONÆ LIBER PRIMVS.

27

capillis atris, quos conchis ob defectum cultellorum, ponè refecare solent. Nam in capite anteriore eosdem vsque ad aures nasci sinunt. In quibus hoc singulariter notandum videtur, quod crines viri non radunt, sed eosdem promissos gestant, fœminis contrarium in more habentibus. Mundi ac ornatus loco conchulas ex collo suspensas gerebat, dorsum hirsuto vellere, fides ex intestinis factis in collo anteriore colligato vestita. Cetero corpore omni nuda erat. Mam-
 Barbarorū viri non raduntur, sed fœmine. Barbara fœmine descriptio.



calcibus longe exertis erat. Coctos gibos nullos edebat, etsi Capitaneus ipsi apponeret. Cum verò ex canoa auis afferretur, eam pennis maioribus deplumans, & testa à dextra ala per medium pectus vsque ad anum diuidens, viscera extrahebat, bilis folliculum, ac intestina & cor abiiciens. Hepar verò obiter saltem super flammis torrens, id auidè vorabat, adeò, vt cruor è labris exundaret. Porrò ventriculum arripiens, & ciborum reliquias exprimens, extremitatem alterà dentibus, alteram laxa præhendit, ac lignorum ramentis (qualia canois suis semper secum vehunt) ventriculum bis terve perfricuit. Quem postea super flamma modicè calefactum, vt antea hepar, confertim ingurgitauit. Reliquum auis corpus dentibus mordicus carptum, tanta abominatione dilacerauit, vt emanans cruor per decliue pectus fluitaret. Eodem gestu infantes quoque de aue gustabant. Ex his natu grandior, quatuor annos cum semisse habebat. Alter minor semestris, non solum dentium ordinem integro ostentabat, verum etiam quocunque lubitum esset, expeditè ambulabat.

Semestris puer ambulat.

Hoc ferè ritu epulabantur, vultum assiduè tam seuerum promentes, vt nec effusissimo militum cachinno in risum vel semel agerentur. Cibo sumpto, in calce confidebat fœmina. Dormiens tota incuruata iacebat, ita, vt genua ori vicina essent, & infans vberibus admotus ex pectore dependeret.

Fœminam hanc, cum propter aduersam tempestatem integro biduo secum retinuisset: Capitaneus mandauit, vt die 14. dicti mensis rursus in terram efferretur, vna cum ipsa iis quoque euectis,

euectis, quæ à Capitaneo donaria acceperat. Hæc verò erant, amiculum, cum manicis detruncatis, ad genua vsque demissum, ac indusium, ac vitta, cum corollis aliquot, ac vno speculo, cultroque & rebus vilibus aliis. Quæ omnia admodum gestiens accipiebat. Minor etiam infans tunica ex panno viridi facta, vt & corollis aliquot precariis inducebatur.

Cum verò signis & nutibus datis intelligeret, infantem maiorem, filiam ibi relinquendam esse: id sibi non admodum quidem placere innuit, sed tamen nihil stomachata in scapham descendit, & cum militibus versus terram tetendit. Cum qua postquam in terram egressi essent, præter vestigia quædam à Barbaris relicta, nihil repperunt. Ideoque citra moram ad nauem redierunt. Quam, cum vix ingressi essent, cæcias infremere repentè tam violentus ac furibundus cepit, vt omnia elementa in nauis euerfionem & oppressionem coniurasse videri potuissent. Nam & vndæ supra nauem tanto in cursu collidebantur, fluctuumque æstus tanto impetu eam converberabant, vt, quin suprema ima fierent, parum deesset.

Mira tempestas in sinu.

Hoc discordi ventorum prælio, fune anchorario iterum rupto, iam in breuia violenter nauis compellebatur, ad eò, vt etfi quidem anchoram nouam iacerent, ipsa tamen neutquam firmari posset. Vnde in periculo extremo constituti, cum præter anchoram vnâ, sine fune in nauis iacentem, nihil reliquum haberent, velum quoddam paruum patefecerunt, quo angulum illum ambire conarentur, vnâ sortem esse rati, aut in obuios scopulos illidi, aut diutius in istis vndarum furoribus agitari. Tandem tamen misericordis DEI gratia, maximo labore ex sinu isto (quem ob

Sinus infelix.

id infelicem nominabant) emerferunt. Pro quo immenso beneficio, DEO gratias debitas promebant. Vix è sinu extricati, die 14. Decembr. illico iterum quæiebantur fluctibus, ad eò vt consilium iam copiam nullam haberent. Nam & iam vespera ingruerat, & anchora suo fune obita erat. Sed & portum aliquem quærere, ideò frustraneum videbatur, quod anchoram vnâ saltem, eamque nudam haberent, cum tamen alias quatuor anchoris firmatæ nauis satis tutæ non fuissent. Por-

Spes in angusto.

ro, vt per nocturnas tenebras ventorum violentia quoque versus se agitari pateretur, multo minus consulum erat. Tandem ergo in tot tantisque ærumnis id vnum factum commodissimum censebant, vt vento idoneo eum sinum incurrerent, quem Capitaneus de Cordes nuper occupasset, in freti medio 14. aut 15. passus profundum. Eius enim conditionem iam ante perspectatissimam habebant, ac inter eâ se anchoram suam instruere commodius posse censebant. Hunc ergo sinum in

Fides Fidelitatem querit.

latere australi ingressi sunt, vt à naue Fidelitate promptius conspici possent. Ad cuius fauces seu introitum cum dispolo tormento signum dedissent, à Capitaneo de Cordes simili signo responderi sibi, clare obaudiuerunt, ac ob id multò confidentius pergere cœperunt. Etfi verò vnicum saltem, idemque paruum velum tetendissent, nauis tamen propter violentum ventorum impetum tanta concitatione proferebatur, vt scapha, quam duobus funibus nauis quadantenus retardandæ gratia ponè religassent, iis ruptis auerteretur, & vnâ cum anchora iactatoria à naue longissimo intervallo dispelleretur. Quam ab eo tempore nemo quisquam deinde vnquam conspiciatus est.

Fides scapham cum anchora perdit.

Hoc ergo recenti infortunio iam omnis solatii copia ipsi præcidebatur. Nam nec in terram commodè appellere, nec in alto vllas anchoras iacere poterant. Hæc ærumnas ex se grandes nox quoque ingruens insuper cumulabat. Nam cum intra duas terras mediè versarentur, metus erat, vt aut à tramite recto deuiarent, aut in scopulos ac cautes alicubi impingerent. Deus verò summè misericors in his periculis sua ope illis iterum aderat, ita, vt ex oriente die ante sinum operatū versarentur: quem ob id expeditè incurrerant, vt Fidelitati desideratæ propius iungi possent. Hoc die è fundo nauis anchoram suam postremam efferebant, vt duas, easque solas, iam superstites vsurparent.

Capitaneus scapham videt.

In sinu commorantes, cum in terram exeundi, & cibaria necessaria quærendi occasionem nullam scirent: postero die 16. Decemb. ex parte Orientali scapham quandam ad se properantem conspicati sunt, quam à Capitaneo de Cordes socios quæsitum emissam nonnulli censebant. Alii è classe iam redeunte præcurforiam missam putabant; quidam illam Anglicam arbitrabantur: cæteri (quorum sententia vera erat) Generalis Oliuerii scapham eam esse existimabant, qui nauclerum suum (vt postea compererunt) cum Vice-Admirante Iacobo Nicolai emisisset, spectatum, vbi Fides quam trium milliarium spacio angulum sinus prætercurrere vidisset, cunctaretur.

Generalis Oliuerii scapha ad Capitaneum venit.

Hoc ergo insperato accessu non parum exultabant, iam certam sibi à Generali opem pollicentes. Itaque Capitaneus postquam eos cum singulari gaudio accepisset, quod tam obeso ac bene habito corpore essent, haud leuiter admirabatur, cum sui tamen milites admodum strigosi ac deformes existerent. Sed mirari tamen facile omittebat, quam primum secum animo euolueret, quod integro anno nihil ciborum refocillantium accepissent, & vniuerso isto tempore perpetuis laboribus, frigore, madore, ærumnisque aliis miserè exerciti tabuissent: cum tamen intelligeret, alteros non solum nullius rei inopia vnquam laborasse, verum ciborum necessariorum copiam semper promptam ac paratissimam habuisse.

Idem

Iidem etenim primo recensabant, se in mari Hispanico duas Cantabricas naues, piscibus operatas offendisse, ex quibus quæcunque sibi vsui fuissent, exemissent. Tum & in *Portu Desir*, vbi hyberna egissent, iuxta Insulam quandam à continenti ternorum milliarium interuallo distantē ingentem piscium marinorū, ac *pinguinarum*, ouorumq; copiam se nactos esse: de quibus sale conditis vel dum hodie adhuc viuere. Ibidem se quoq; vberriam aquam hausisse, & naues necessarias aliis omnibus opimè instruxisse. Porro se cursum suum in fretum deflexisse: in quod cum 25. Nouemb. incurrisset, paulò post tamen vnda augescente inde se emotos iterum fuisse, & biduo exacto in *Pinguinis* Insulis, 15. milliariibus intra fretum sitis, anchoras fecisse, ac ibidem cum Barbaris prælio conflixisse, eorumque 25. vindicandorum trium militum, pridem ab ipsis cælorū causa, obruncasse. Commemorabant etiam, quanto robore ac animo Barbari sese tutati essent. Inter quos fœminam quandam, excussa glande in pede consauciatam, ingenua incumbentem telis mittendis tam diu institisse, dum altera missa glande penitus occumberet. Ibi ergò præter sex pueros, quos *Generalis* nouitatis gratia in naues receperat, neminem viuum relictum fuisse. His pro corollario tandem addebant, se in illarum Insularum maxima vltra 2000. *pinguinas* cæpisse. Quo sermone esurientes militum ventres vsque adeo inflammabantur illico, vt nemo esset, quin sem illa Insula versari optaret: plerique, etiam Capitaneum, vt tantilla via ad Insulam illam pergeret illico, aperte hortarentur. Sed obstinate Capitaneo constitutum erat, à *Generali* ne latum quidem pedem recedere, aut cibi quærendi causa aliò desistere.

Quid ole-
uier fortu-
na habue-
rit.

Barbarorū
in prælio
ferocia.

Sequente die *Generalis Olinerius* ipsemet ad Capitaneum perrexit, ac eidem necessaria vniuersa ac paratissimam opem pollicitus est, curaturum se addens, vt tignarii pro Capitaneo scaphā primo quouis die extruerent, & deinde classis vniuersa dispecta prima opportunitate Capitaneo iungeretur. Die ergo 18. Decemb. vbi cum ingenti gaudio omnes conuenissent, *Generalis* Capitaneum amplo & votiuo conuiuio acceptum lautè tractauit. Porro verò inde 20. Decemb. ventulo vulturno ferente vna soluerunt.

Classis ite-
rum conue-
nit.

Vno ergò comitatu cum iam tribus vel quatuor horis vela fecissent, Capitaneus *Generalē* rogabat, vt sibi scapham suam cum quinque militibus commodare velit, qua suæ nauis addita naues cæteras aliquanto anteuertens, Capitaneum de *Cordes* quæreret, eumque de cæterorum aduentu præmoneret, vt paratis omnibus cum classe transitura citra moram pergeret. Cui cum *Generalis* facile astipulatus esset, ac ille abiisset: vento desubito mutato, ac ex medio Septentrione occasuque perflante, cum in aluei medio versaretur, anchoras mittere coactus est, Vice-Admirante dimidii milliari interuallo à cæteris nauibus remoto. Postero ergo die, cum attractis anchoris ipsum insecuti essent, nocte illa octo passuum profunditate in fundo sabuloso vnà condescerunt.

Capitaneus
de Weert
Cordes
quærit.

Is locus cum non admodum turus videretur, 22. Decembris ex eodem iterum soluerunt, ac in sinum quandam paruum, ab Equestri milliari vnus spacio abiacentem, incurere annisi sunt. Interim oberrans Capitaneus, in humili quadam Insula, quam iam ante quoque præteruectus, nullis Barbaris cultam sciebat, duos ignes diuersos fulgere animaduertit. Quæ signa cum à Capitaneum de *Cordes* ibi edi arbitraretur, ob id ad locum illum festino pertendit. Sed egressus præter signa tamen nihil inuenit, adeò vt infecta re inde rursus abscedere pertendit. Quod verò scapha illa, quam à *Generali Olinerio* acceperat, admodum putris & cariōsa esset, vt quæ biennio integro ne semel quidem emundata fuisset: cum cæteris classis nauibus æquali cursu certare non valebat. Istis ergo sinum Equicum attingentibus, Capitaneus cum refluua vnda ad priorem stationē, vnde egressus erat, omninò recurrere opus habebat.

Capitan. à
Generalis
iterum dis-
sociatur.

Postero diluculo ad *Generalem* pertendere, sedulo annisus est. Sed cum cæcias valdè importunus flare inciperet, denuo retrocedere coactus, circa meridiem fortunam iterum tentauit, ac ad classem tam prope actus venit, vt tormentis sese inuicem contingere possent: propter transitus tamen angustiam, & ventorum ex ortu & occasu violētā colluctationem, qua vortices tam turbinei ciebantur, vt quoties perrupturus esset, tories violēter retropelleretur, coniungi omnino classi non poterat. Die 24. Decemb. cum tempestas iam pacatior esset, ipsiq; ex alueo eluctari iterum tentarent, operam omnē frustra impenderunt. Nam breui iterum incrementibus fluctibus inde in stationem veterem retroacti sunt. Cum ergo iam animaduerteret Capitaneus, contra fluctus dimicare, adeoque ad classem penetrare sibi rem difficillimam præstitū esse: mutato primo consilio ibi ventum commodum ac vehentem expectare statuit, ne frustraneis laboribus suos nauas penitus conficeret. Interim verò *Generalis* die 25. Decembris ad portum optatiorem quærendum soluens, è Capitanei conspectu se extulerat. Is ergo iam omni ad classem redeundi spe orbis: cum sine scapha nauigare inidoneum ac inconslutum putaret, consilium cæpit, scapham suam, quæ in alueo nauis erat, grandiozem facere, & contra quoscunque insultum minire. Qua fabricata, cum intereā *Aparctias* commodus spirare inciperet, attractis anchoris, vela ventus iterum credit, fiducia haud parua, ad minimum prædictum sinum paruum obtinendi, in quo truit.

Capit. in
irritū nisi
ad classem
tendit.

Generalis
ex conspe-
ctu Capitanei
separatur.
Capitaneus
scaphā no-
uam ex-
quo truit.

quo commodiora omnia prætolari posset. Hoc itaque vento vsque in sinum equestrem procurrit: in quo cum propter minantes procillas confidere minime tutum videretur, spe alterius sinus occupandi, porro tetendit. Ventis interim subinde auferentibus ac concitatis insulstantibus malus anterior ad eò concussus est, vt quin deiceretur penitus, parum deesset. Maioris ergo periculi vitandi causa ad sinum de *Cordes* recurrere coactus, eundem circa vesperam attingit. Hoc ipso

Capitaneus
sinum de
Cordes in-
greditur.

Capitaneus
cum sociis
deliberat.

in sinu die 26. & 27. Decembr. ex septentrione ac occasu tantæ procellæ infremuerunt, vt scapha in littus minimè educi posset. Quare indignabundi focii, iam iterum obmurmurare incipiebant, nec quidem citra euidentem causam. Nam quatuordecim integris diebus solo pane arido, conchis priuatis, cum modico oleo se sustentarant. Metuens itaq; Capitaneus, ne tumultum ex compacto rem agentes cicerent, in conclauæ suam vnuerfos vocatos his ferè verbis allocutus est:

Causa, comœditiones ac amici charissimi, propter quam huc vos congregari voluerim, hæc vna & palmaria est, quod haud obscure intellexerim, inter vos nonnullos esse, qui angustiis & arumnis nostris commodum consilium inuenerint, quod mihi communicare lubenter vellent. Cum verò sano ac expedito consilio omnino equidem indigeam: id à vobis præstitum non grato saltem animo accepturus, sed ea omnino fidelitate executurus sum, vt me boni publici curatorem haud somnolentum habituri sitis, etsi vel ab ignauissimo quouis vestrum id proficiscatur, modo ad itineris commoditatem & salutem facere videatur.

Oratio
suaforia
Capitaneus
ad socios.

Feruntamen, cum intelligam, vestris consiliis vnuerfis nihil aliud quam reditum in patriam decerni: de eo quid sentiam equidem, & quam præstitum id difficile esse putem, vobis vnuerfis à me prius explicandum videatur. Scire vos autem in principio velim, mihi, cui nunc atas ac anni florent, vitam meam quam vobis nihilominus cura cordiq; esse, adeoque pro eius salute curanda me hæctenus summa & saluberrima quævis operose molitum esse. Ex omnibus autem iis, quæ varia meditatsum, medium nocentius nullum reperio, quam si via ac laborum perta se pedem referamus, ac in patriam reditum suscipiamus. Id enim si semel ordiamur ac conemur, nullo dubio vnuerfos nos præsentis morti mancipaturi simus. Recuperandi siquidem commeatus tantisper nulla spes est, dum aut in *Anglia* aut *Gallia* reuersemus. Cui itineri conficiendo commeatus non sufficerit quidem, ceteri singuli quatuor vncius panis indies contenti futuri sint, quæ tenuitate, victitate nulli possibile est, tum comprimis, si captura concharum ac volucrum finem habebit. Porro etsi quidem alimentis sufficientibus satis instructi essemus: nihilominus tamen, cum refectoria desint, ex scorbuto vnuerfis pereundum erit, quam primum loca calidiora tenerimus; cum corporum omnes humores ex crebro ac iugi concharum esu admodum contaminati ac corrupti sint, sicut id à præsentis chirurgo vestro commodius doceri poteritis.

Contra verò, si Oceanum semel ingrediamur, quod octiduo vno venis idoneis impetrari poterit, tunc rerum vnuerfarum commoditatibus frui facillimè poterimus, cum & carniùm, & variorum fructuum ibi vberitas summa sit. Et quamuis propter moram hanc, quam hic faciamus, Generali iterum coniungi minime poterimus: ita vt vno cum ipso comitatu Peruana littora occupemus: ad *Philippinas* tamen aditus nobis late patet, in quibus nos commode instruere, & obtritas vires recolligere valeamus, dum classis onerata ad nos redeat. Ad eò vt extrema omnia in hoc freto tentare consultissimum sit, cum & concharum, ac volucrum, rerumq; esculentarum aliarum (quibus in reditu facto certè carendum erit) nulla penuria aut inopia sit. Quod si quidem in *Pinguinias* diuertentes insulas, certam istarum auium copiam adipisci possumus: earum tamen non vsque adeo insignis usus erit, cum in aère calidior non diutius obdurent, sed situ facile corrumpantur. Sub istum itaque rerum statum, quò tandem perrecturi eritis? An acutæ famis gladio vos ipsos tunc crudeles ingulabitis?

Iterum ergo ac denuò, cum omnia exactissimè euoluerim, vobis assero attestorq;, tum ad itineris continuationem, tum vitæ nostræ conseruationem id vnicum iam superesse, vt hac in statione ventos commodos tantisper expectemus, dum præcurrentem classem cocijs conseruari valeamus. Quod si ea quidem mora parcius, ac solo pane cum aubus & conchis esitato, viuendum sit: equi boniq;, tamen ea tenuitas à vobis consuletur, si recordemini, quæ obedientia & promptitudine Hispani, Ductori suo *Petro Mendozæ* in *Rio della Plata*, vsque ad extremum spiritum paruerint & obsecuti fuerint: qui cum in principio tres panis vncius tantum dietim accepissent, postea, dum in ciuitate *Buones Aères* extruenda occuparentur, portionem adhuc minorem aequi consulerunt, ac sedande famis gratia (cum tamen ad naues redire facile potuissent) glires, mures, serpentes ac bestias alias abominandas esitauerunt. Quæ tempore id etiam accidisse meministis, quod, cum propter delicta sua aliquando tres fures suspenderentur, noctu tres alii irruerint, & profame sopienda, pendentium brachia ac crura detruncarint. Sed inter cætera Hispanum quidam Germanum fratrem suum, in prædicta ciuitate mortuū, facinororum famis atrocitate compulsus vorauit. A quibus tamen extremis, nos diuina gratia, longè adhuc absumus, nec dubitamus, quin, si vel leui quodam vento idoneo inuenimur, classem ipsam breui assecuturi simus. Et hæc mihi ad vos ita declamanda esse ratus sum. Quod si è vobis sit, qui contra ista, quod inferat, habeat, is apertè rem agat, & causam suam proponat. Mihi enim vnuerfos melius sentientes, tam minores quam maiores audiendi certum propositum est.

Misera Hi-
spanorum
fames in
Rio della
Plata.
Inauditiorū
facinorum
causa fa-
mi.

Scinditur
incertum
studia in
contraria
vulgus.

Ad hæc ergo diuersis diuersa respondentibus, nonnulla autores fuerunt, vt in *Rio della Plata* rectè vela fierent, ac ibi deserta nauis, ad Lusitanos profugeretur, præterdereturque, quod ab *Anglis* fugati, nauem deserere coacti fuissent. Contra alii suadebant, vt commeatus reparandi cau-

ta in

ca in *Insulam S. Helena* pergeretur. Tandem tamen summus Gubernator *Ian Outerst* in hæc verba protupit: Ian Outerst
consilium.

Quantum mea equidem simplicitas fert, Nobilis Capitanee fides ea, quam nauis patronis stipulatus es, insolita quadam ac iniustata cecitate cor tuum præstringere adeo videtur, vt, etsi quidem vita tua nondum, vt ais, satietas te caperit, nullo tamen vsquam periculo absterritus, volens sciensq; presentaneæ te neci temerarius obicias. Quæcunque enim longa oratione à te hæctenus allata sunt: eorum contraria certè longè probabiliora ac certiora omnium iudiciis censentur. Nam vniuersis nobis hand dubio miserè pereundum est, quam primum Oceanum australem ingressi fuerimus: cum ad conquirenda in hostium territorio necessaria non solum à militibus satis instructi non simus, sed nec in maris aestibus gubernandæ nauis sufficientes super simus. Quas enim Rex in excubiis illic dispositas naues plurimas habet, hæ nos aduenas leui opera oppressura ac perditura sunt. Itaque mirum est, quantoperè te veteris adagii memorem esse optem, Quod nimis cupidum, nulla re dignum esse innuit. Quod si nauium patronis censum ac questum augere omnino animus est: age, vt id præstentis, iam occasio gliscit. Nauem enim, quam nobis crediderunt, à reducibus saluam ac integram recipient. Quod si reditum longius distulerimus, & hanc & ipsam vitam nostram nullo dubio vniuersi perdemus. Quod de commeatu in reditu parandi difficultate mouisti, id cur teneamur, dignum non est. Nam in *Guinea*, quam iam vice quinta nauigationibus adeo, istarum rerum omnium prompta copia dabitur.

His studiose auditis, Capitanæ, cui nondum omnia probata erant, respondit, se, non prius consulto Capitano de *Cordes*, de his decernere nec posse, nec velle. Scapham ergo suam è vestigio expediri iussit, qua ipsemet Capitanæum quæsitum excursurus esset. Die 29. Decembr. autem cum nonnullis sociis egressus, cum scapham non admodum solidam ac firmam esse videret, vltimo die ad nauem reuersus, Calend. Ianuar. Ann. 1600. inde in terram, ad hanc arctius cogen-

Ann. 1600
Ianuar. 1600

dam & firmandam se iterum recepit. Circa meridiem per angulum Occidentalem sinus eius, scaphas duas cursim ad se properantes conspicatus, eas à Capitano de *Cordes*, fors alicubi periclitante missas credidit. Istitis tamen propius admotis, cum *Generalis Olenier* aduehi videretur, Capitanæus ipsi signum dedit, quod in terra esset. Ad quem, cum *Generalis* appulisset, sui aduentus causam expediuit, nempe, quod in usitatis procellarum insultibus reuerti, & in sinum Equestrem recurrere coactus fuerit. In quo ipomet, cum ventus etiam nihilo lenior perflasset, tunc se binis scaphis inde exiisse, & stationem meliorem captasse, sed in sinum de *Cordes* depulsus esse: ex quo porro iam excurrerit, visum, quid & vbi Capitanæus de *Cordes* ageret. Is secum, massam glaciæ tres aut quatuor pedes crassam vnâ afferebat, quam eo loco auulsam, vbi aliquot passuum latitudine glaciæ media ætate rigere, & tamen Barbaros ibi nudos incedere dicebat.

Generalis
Olenier ad
Capitanæum
redit.

Glaciæ
crassam
diu est.

His mutuo sermone actis, Capitanæus *Generalem* rogauit, vt, cum vespera iam appelleret, secum in nauis pernoctare vellet. Cui petitioni cum *Generalis* annuisset, Capitanæus ei in cellam penariam introducto, quantum penoris ac commeatu superesset, commonstrauit, vt eo inspecto, aliquando, si opus ac vsus poscat, tenuitatis eius testis esse posset. Postera aurora, *Generalis* à Capitanæo recedens, omnia ei officia ac opem auxiliarem pollicitus est.

Post hæc, scapha Capitanæi integrè ac solidè sarta concinnataque, ac velis, quibus opus erat, instructa, eâ Rationum præfectum ac signiferum suum cum socio alio, nauem *Fidelitatem* quæsitum Capitanæus amandauit, & simul ad *Generalem* literas perferendas dedit, quibus eum orabat, vt pro duobus mensibus panes, suis sociis impertiretur, ac 10. vel 12. remiges suo signifero daret, qui iusta mercedis spe emissitios iu uarent.

Sed eadem hæc scapha, 19. Ianuar. die ad nauem rediit, quod per tot tamque aduersos ventos percurrere, nulla vel extrema industria liceret. Nam quinque milliaribus conficiendis iam integrum quatrimum obtulerant. Hi responforias *Generalis* vnâ secum reuehebant, quibus Capitanæus solatii haud multum accipiebat. Scripserat enim *Generalis*, commeatu sibi nihil superesse, cum, quamdiu iter hoc duraturum sit, exploratum non haberet. Tum & à Barbaris sociorum duos nouiter obruncatos esse: adeo, vt nec de his aliquos desiderare commodè queat.

Responso hoc *Generalis* probè examinato, cum Capitanæus intelligeret, omnia sua in extrema versari, & tandem vniuersis dira fame (vix enim pro tribus mensibus iam panes supererant) pereundum esse, nisi certius consilium caperetur: ad *Pinguinas* Insulas diuertere decreuit, vt ad minimum 5000. aut 6000. Pinguinis captatis nauem instruere, adeoque hoc pacto distribuendi panis compendium facere posset, propositum tamen suum de insequendis nauibus cæteris perpetuò ratum habens.

Capitanæus
de *Cordes*
ad *Pinguinas*
nauis
gat.

Antequam verò inde discederet, literas exarauit, quibus Capitanæo de *Cordes* suum consiliū exponebat. Has ad arboris radices deposuit, ex qua simul tabulâ, in qua hæc verba scripta erant: Quare infra arborem: suspēdit: vt ea lecta, Capitanæus de *Cordes* aut ad insulas ipsū sequeretur, aut eo loco

loco reditum eius expectaret. His peractis 11. die ferente Cæcia in *Capo Virgine*, ex hoc finum *Conchiferum*, & tandem hinc in *Pinguinas Insulas* pertenderunt. Die 12. in harum Insularum minimam, utpote iam ante cognitam, confederunt. Itaque Capitaneus cum 30. viris in terram egressus est. Quam cum vix primore pede attigissent, tantam illic auium copiam viderunt, ut captandam ingenti auiditate moti ex scapha confertim exilirent. Tribus ergo victoribus, pro tutela scaphæ relicta, armis instructi palantes per Insulam discurrebant, quod ab *Oliuero* ibi aliquot cæfos Barbaros intellexissent. Cum verò præter canem nihil offendissent: ad cædendas aues conuersi, earum ingentem copiam breui tempore legerunt. Qua captura dum exercerentur passim vniuersi, præter omnem spem calamitas noua, cæteris vniuersis grauior, exorta est. Procellarum enim vis tanto fremitu irruit desubito, ut anchora scaphæ rupta, & hac in breuia impulsæ, priusquam malo occurrì posset, vndæ confertim scapham miserè quassatam implerent, & quadante-nus mergerent.

Insula auibus propè cooperta.

Aduersitas in Pinguinis.

Periculum aliud ex alio.

Hic ergo præter certam & indubitam mortem nemo quicquam aliud sperabat. Nam citra scaphæ opem ad nauem redire impossibile erat. Sed nec cignarios, nec instrumenta, nec ligna (quorum ibi mera sterilitas) quibus aut fractam scapham refarcirent, aut nouam conderent, secū habebant. Tum & cibis destituti ac orbi erant: & frigoribus ad eam rigeant, ut membrorum suorum minimè compotes essent. Nam plerique ad emotionem scaphæ in vndas tam profundè se demittebant, ut toto corpore ad collum vsque maderescerent. Cæterum cum destituta vnda maximo in olimine scapha tandem in siccum euoluta esset: in ea securim, ac instrumenta ferrea alia cum clavis aliquot reppererunt, quibus scapham fractam utcumque sarcire de nouo possent.

Insula lignis orba.

Interea nauis cum duobus Gubernatoribus, ac tribus aliis sanis, sola quasi in mari versabatur. Quæ retinere non potuisset, si vel leuis tempestas eo tempore ipsam in cullisset. Cæteri, quod, ut diximus, omnes in insula miserè rigerent, in scapha corrigenda perrectum ignauius est. Tandem verò, cum in omni insula nulla ligna essent, comportatis asseribus ignem fecerunt, & in eius ambitu stantes, aut confidentes sub dio, sese quantum poterant, fouerunt, captratas aues semiaslas sine pane esitantes, & vix tantum aquæ, quanta siti restinguendæ suppeteret, habentes.

His calamitatibus ac ærumnis noctem eam transigebant, vniuersi Dei opem cœlitus expectantes. Nam ad nauem redeundi iam nulla cuiquam spes supererat: sed hoc vnicum expectabant, ut primo nauem in litus ac breuia incussam postea funditus pereuntem suis oculis viderent: deinde vnum post alterum crudeli fame in insula miserè cadentem & expirantem contuerentur. Etsi enim auium ibidem nulla penuria esset, tamen his solis esitatis diu sanitatem protrahi posse minime videbatur. Capitaneus ergo frequenter id vnum optabat, ut socii vniuersi in naue essent, ipse verò solus vitæ impendio infortunia ista crebra exiaret.

Capitaneus suam miseriam lugebat.

His curis ac querelis iteratis noctem eam, licet breuem, Capitaneus admodum lōgam exiugebat, miseriam suam imo pectore singultiens, & exantlata cum tot ærumnis pericula ingeniosè secum reuoluens, dolenda quæ; hominum ac funestam sortem detestans, qui eo maxime tempore, quo florere ac in altum surgere incipiunt, demum ruant ac pessime eant. Tandem verò à querelis ad preces relapsus, sortem ut suam, sic sociorum omnium in Dei manus deponebat, ipsum ex imo pectore rogans obtestansque, ut vel hac extrema in necessitate ipsi auxilium ac opem afferret, cum de humano omni robore actum ac desperatum sit.

Scapha in terram extrahitur, & refarcitur.

Porro autem exorta luce, Capitaneus socios suos ad opus tentandum adhortatus est: qui tandem ingenti machinatione scapham in aridum extraxerunt, vsque; adeo laceram, disruptam ac dissolutam, ut ad nauem reuehendis ægrè idonea futura videretur. Eodem tamen die, latus scaphæ, quod omnium maximè attritum erat, admodum operose ac industrie compegerunt ac coagmentarunt, asseres sarturæ necessarios vndeunque diuellentes, & clauos diligenter colligentes: quorum defectui paxillos ligneos substituerebant. Pro cannabe elychnia ac funes vulfos obturandis rimis adhibebant. Hac sociorum industria & sedulitate spectata, Capitaneus iam tranquillior, noctem sequentem pacatorem transigebat.

Hollandi scapha ad nauem redeunt, auius pinguis onusta.

Sequente die latus quoque alterum sarciri cœpit: quo reparato, scapha iterum in vndas deducta est, nauem quartuor ministris subinde exhaurientibus. Circa diem 14. Ianuar. vesperam, cum 450. cælis *Pinguinis*, magno vniuersorum gaudio & gratulatione ad nauem reuersi sunt, Deo summo benefactori de ope ac auxilio præstito ingentes gratias fundentes.

Famina fera capitur.

Milites autem, priusquam scapham ingrederentur, barbaram sceminam, quæ in *Pinguinarum* cauerna toto eo tempore, quo in Insula morati sunt, delituerat, captam adduxerunt. Et hæc quidem sola ex illis remanserat, quos Generalis *Oliuero* van der Noort, in Insula oppugnatis obtinuit cauerat: quæ & ipsa isto cōflictu vulnus (quod ostēdebat) grande acceperat. Ea facie pigmentis tinxerat, & corpus pallio ex pellibus tum *Pinguinarum* tum ferarum, fiduculis ex animalium intestinis factis industrie sartarum colligatarumque; contexto induerat, ad genua vsque; propendente.

Puden-

Pudendum suum peculiari quodam vellere velauerat. Corpore admodum procero ac lacertoso erat. Eadem crines ramos gestabat: cum viri tamen ipsi promissis & longis conspiciantur, sicut ex

Fera descriptio.



eo colligi potuit, qui occisus in insula repertus est: cuius caput ac cæterum corpus varii generis *Ornatus* pennis pulchrè ornatum, ac tenui reticulo inductum erat. Ex eo singularis ornamenti loco rescic- *casti inuenti* cata quædam officula ac lapilli propendebant. Pro armis arcus ac tela habent, quorum extrema *Barbari.* silicibus acuris præpilata sunt, qui in factis vulneribus relinquuntur.

Prædicta fœmina ad Capitaneum deducta, cum cultello donaretur, illum valdè gestiens accepit, nutibus significans, in maiori insula volucrum longè maiorem copiam reperiri, rogansque, vt in continentem prouheretur. Capitaneus verò qui ad eundæ nauis desiderio flagrabat, relicta fœmina, scapham proferri ac porro agi iussit; in reditu ipsam, quo luberet, expositurus. Quam tamen ab eo deinde tempore non vidit.

Die 25. sereno cælo lucente, ac scapha à Gubernatore aptius instructa, versus maiorem insulam, milliariis interuallo distantem perrexerunt, plurium cædendarum auium instituto, relictis in nauis, qui iam captatas ac exenteratas sale condidit. Cum attigissent Insulam *Maior Insularum* *Pinguinarum* tam largam copiam inuenerunt, vt iis 25. naues commodissimè cibari potuissent. Harum, cum 900. circiter, in scapham duarum horarum spatio intulissent, ventis iam violentius spirare incipientibus, *narum.* ad nauem redire consilium visum est. Deceuerat enim Capitaneus postero die, ad eundem locum ipsam nauem quoque, quam proximè fieri posset, adigere, & eam captatis aibus largissimè adimplere.

Cum verò sequente die in exenterandis ac condiendis aibus vniuersi occupati essent, procellis cæcias tam horrendis infremuit, vt citius, quam tolli posset, anchora fune solueretur, ac nauis in breuia 4. passuum disiceretur. Quod cum videret Capitaneus, paruo velo in vicinum angulum excurri iussit, vt ibi iuxta terram anchoris missis nauis firmaretur. Quod tamen consilium, cum gubernatoribus non probaretur, intermissum est.

E

Postea

Postea Capitaneus significauit, cum tam paucis *pinguinis* Oceanum de nouo tentari tutum non esse. Consultum ergo sibi videri dicebat, vt denuò ad Insulam accessus tentaretur, & nauis pluribus auibus oneraretur. Sed prius quam defœuaret tempestas, iam ab Insulis longius dispulsi erant. Capitaneus ergò cum iam de Insulis denuò ad eundis desperaret, noua disputatione instituta ordinauit, vt culibet in dies panis libræ quadrans porrigeretur. Postea diei 17. aurora prodente, cum ventus Orientalis perflaret, leuatis anchoris circa meridiem ad maiorem *pinguinarum* Insulam iterum appulerunt, ac nouæ auium capturæ se accinxerunt, etsi scapha admodum fragilis & corrupta videretur.

Pinguinarum descriptio.

Hæ aues, quarum formam, rationem ac naturam nondum descripsi, *Pinguis* siue *Pinguine* nominantur, propter pinguedinem, quæ ipsis natia est. Ex his annosiores, 13. 14. aut 16. libras pendunt. Iuniores verò 8. ac 12. librarum pondus habent. Eæ dorso nigro, ac aluo candida sunt, vt pennarum albarum atrarumque æqualem ferè numerum habeant. Collum plerarumque circulo candido obditur aut ambitur. Detracta cutis, pelli piscium marinorum similis, suilli tergoris crassitie est. Rostrum coruino grandius, minus tamen incuruatum visitur. Collum breue ac crassum est. Corporis moles anserino similis, inferius contractior sentitur. Alis caret, quarum loco pinnas duas, alarum specie enatas ostendit, quibus nare v elocissimè possunt. Magna anni parte in vndis degunt, nec nisi ouis incubituræ, terram adeunt. Harum ternæ plerumque ac quaternæ vno nido reperiuntur. Pedes nigros, anserum figura expansos, sed angustiores tamen habent. Incedentes, erecto corporis situ sunt, ac brachiorum more pinnas demissas fluitare finunt, ita, vt è longinquo pigmæis incedentibus similes appareant. Solis piscibus viuunt: quos tamen coctæ non resipiunt, sed saporem admodum gratum fundunt. Latibula sua in tumulis arenaceis, profundius subtrus terram cuniculorum more, condunt. Vnde terra passim vsque ad eo excavata est, vt praterredientes nonnunquam ad genua vsque in foueas incidant, ac ab incubantibus pinguinis mordeantur.

Pinguine aues grati saporis.



Harum

Harum ergo auium certam adhuc copiam venandi *Hollandis*, ad insulam denuò tendentibus institutum vigeat: qui tamen die 18. dicti mensis tantis procellis iterum infestari cœperunt, vt commotione violenta anchora funditus euerteretur. Cum ergo Capitaneus nouam anchoram mittendi consilium daret, gubernatores id apprimè dissuaserunt, metuentes, vt malè cedente re, vtraque anchora (quas solas iam reliquas habebant) spoliarentur. Consultius autem duxerunt, anchora recepta, è freto prorius egredi. Quod & ipsum tamen, cum Oceanus iam refluens augeteretur, & fluctus violenti inundarent, tentare minimè audebant. Interim anchora disrupsa, soluta nauis tanta succussione agitari cœpit, vt metus non leuis esset, ipsam violenta dispulsione in insulam coniectum iri. Nam ad recuperandam anchoram, aut funem recolligendum nulla occasio effulgebat. Tum & illo loco effertur impossibile videbatur, quod insulæ longissima eminentia in mare porringeretur, quam obire minimè potuissent, nisi funem longo tractu sequentem prouidi abscidissent. Ingenti ergò mœreore & conturbatione ventorum impetum sequebantur, quod anchoram perditam relinquere cogerentur, cum præter vnã nouissimam, nullam reliquam haberent.

Iam ergò Capitaneus, in quibus extremis periculis versarentur, videns, deserendi freti ac ad eundem rursus patriæ consilium ratum ac promulgatum fecit. Circa meridiem verò vnda tanto sonitu & concitatione appellebat, vt longius duobus milliariibus infra angulum dictum dispellerentur. Quæ periclitatione moti anchoram suam postremam, in qua post Deum vniuersa eorum sed serò salus ac spes posita erat, duodecim passuum profunditate excusserunt, strenua opera cauentes, ne in breuia longius exigentur.

Hac sollicitudine ac anxietate dum ferè conficerentur, præter omnem spem subito caurus exortus est, qui vitandi interitus vnum medium restabat. Magno ergo gaudio anchoram attolentes, versus insulam declinabant, vt in vicino sinu considerent, tentarentque, an perditam anchoram quocumque nisu iterum eruere possent. Sed breui fors prior eosdem repetiit. Nam, cum vix insulam attingissent, Cœcia illicò tam violenter grassante correpti sunt, vt ad fauces freti nolentes volentes diuertere cogerentur. Itaque circa meridiem angulum illum obeuntes, isthmum primum transmiserunt, & alterum quoque sub noctem conspicari sunt: quem tamen, cum fluctus aduersi inundarent, & nox ingrueret, ingredi metuentes, aliquando impetum euincere malebāt. Sed insultantibus fluctibus versus terram tanta violentia proiecti sunt, vt anchoram suam denuò mittere cogerentur, magno certo eius periculo, si procellæ rapidiores infremuissent. Quanquam crebris ærumnis ac periculis iactati, ferendis omnibus euentibus iam callum obduxissent.

Postero die terræ se tam propinquos viderunt, vt ex loco illo eluctari minimè procliue esset, cum angulum faucium obire nullo molimine liceret. Iam demum ergo verè senserunt, in quas angustias contemptu periculum coniecti essent. Ibidem tam diu hærendum erat, dum venti vis mitigaretur, quod circa meridiem accidit; vbi magna ac expedita celeritate anchoras assumentes, ferenti vento Fauonio vela crediderunt. Antequam ad uesperâsceret, iam isthmum alterum quoque transmiserant, in transitu quatuor *Toninas*, quibus omnes lautè epulabantur, ferientes.

Diei 21. aurora *Fretum Magellanicum* (quod haud immeritò *periculosum* vocari possit) post se relinquentes, Libonoto auspiciato vela panderunt, postquam nouem mensibus integris in freto dilibera fame, laboribus ac periculis infandis exhausti ac exerciti contabuissent.

Ipsam itaque iam Oceanum ingressi, circa meridiem, scapham suam, quæ fluctuum collisione lacerata & rimosa tota erat, dimiserunt. Die 22. ventum Fauonium nacti, cursu instituto perrexerunt. Die 24. circa auroram tres insulas paruas conspicari sunt, antea in nulla mappa notatas ac designatas: quas nouo nomine *Sebaldinas* iniitauerunt. Hæ versus ortus ac austrum medium à continenti 60. milliariibus distabant, sub altitudine graduum 50. & 40. minut. sitæ. Ibidem miram quoque pinguinarum copiam repperunt, quas, nisi scapha caruissent, præterire ægrè potuissent.

Die 26. cœcia impellente insulas hæc præter vecti, perpetuo cursu vsque ad 30. diem procurerunt, quo tempestate quadam percellerantur: Nihilominus tamen cursui inherentes, Calend. Febr. Libonoto intra aquilonem ac ortum impulerunt: quo tempore altitudinem grad. 46. habuerunt.

Hoc eodem die de capite cuiusdam Bruxellani, *Nicolai de Blicck*, qui conto ferreo noctu effraçta ianua vini Bottigiam, & facculum *Oryza* plenum furatus erat, suffragia collecta sunt. Is captus ad iudicium damnatus, sequente die suspendio strangulandus erat. Sed capitalium rerum prætere executionem iam vrgente, milites congregati pro eo apud Capitaneum intercesserunt. Cumq; vice prima repulsam passi, post acrius & sollicitantius instarent: Capitaneus reo quidem vitam donauit, sed, ne porro pro similibus facinorosis intercessiones fierent, edixit.

Die 4. cum aduerso vento nonnihil quaterentur, postera luce Zephyro cæcia vsque ad diem 28. Februarii vsu sunt: quo die vulturno perflante obliquius pertenderunt. Prædie eius diei, facinorosus idem, qui nuper intercessione militum liberatus erat, denuo à prætorè, quod iterum fortes effregisset, & expenore non necessaria saltem, verum & superflua, quæ postea aliis diuendisset, surripuisset, accusatus est. De hoc ergò facinore denuò capitis damnatus, Calendis Martii ex malo strangularus, ac demum in mare proiectus est: vt huius exemplo cæteri terribi, rebus vetitis manus intendere rapaces dediscerent. Hoc ipso die flante Cauro *Tropicum Capricorni* transgressi sunt.

Die 7. Martii, cum altitudinem 13. graduum tenerent, Capitaneus tormenta, quæ hæcenus in nauis aluo condita latebant, proferrè ac expediri curauit, quod iam in ea delari loca essent, quæ à periculo & insultu hostium non omninò secura viderentur. Itaque & milites suos tam ad defensionem, quam ad offensionem (si opus sit) armavit & instruxit.

Die 14. solem rectà vertici incumbentem acceperunt, ac die 15. ferente vulturno lineam æquinoctialem transmittentes, cursu felici prouecti sunt. Postero die 30. minutis à *linea æquinoctiali* versus aquilonem nauigabant, quæ dies à deserto freto 54. numerabatur. Ab eo tempore vini dispensatio omnis abrogata est: quod eius vnum saltem dolium superesset, pro solis ægris ac aliis vsibus referendum. Postea aliquandiu malacia vsu, die 21. Fauonio perspirante cursum antiquum tenuerunt.

Sub auroram diei 24. terram quandam versus aquilonem ac occasum sitam, peruiderunt, quam postea, *Capo de Monte* in littore *Guineæ* sub gradu septimo sitam esse, aduerterunt. Quam declinationem longè admirabantur impensius, quam aliud quidvis in itinere hoc notatum, vt quæ præter rationem ac computum vniuersum fieret. Capitaneus ergò indignabundus, gubernatores acribus verbis reprehendebat, quod studio ac dedita opera eo deflexissent, secum ita fore constituentes, vt cum littori adeò vicini fierent, Capitaneus omninò egressurus, & carnes, oryzam ac similia, quibus opus esset, paraturus, ac redempturus esset. De hac igitur Capitanei indignatione populus ipse quoque obmurmurare cepit, clamans, se terram benedictam quidem suis oculis videre, & cælum vndique patens esse: & sibi tamen eorundem adeundorum nullam copiam dari. Non ergò se dubitare, quin breui multis vlulatibus eam diem ac horam deploraturi sint, qua terram eam felicem præterissent. Capitaneo verò illic appellere ideo non tutum visum est, quod nec celocem, nec scapham vllam habent, quibus in oram egredi liceret. Tum, & quod vna saltem anchora instructi essent, meruebat fore, vt ibidem duobus tribusve mensibus commorantes, tantum tamen vix comparaturi sint, quantum diebus singulis absumeretur. Itaq; cum rationem commeatus reliqui subduxisset: tantum eius superesse vidit, vt de pane singulis dietis, libræ quadrans, & oryzæ duæ vnciæ, mensium quatuor spatio distribui possint. His ita trutinatis, recta domum pertendere cogitans, vt à terra seu littore illo deuiarent, mandauit. Quod etsi quidem nauæ omni molimine anniterentur, vt in altius mare redirent: propter summum tamè ventorum silentium, nihil admodum promoueri potuit.

Calend. April. cum sub noctem ignem conspicati essent, rati illum è nauis quadam propinqua micare; manè se delusos esse animaduertentur. Is enim in vicina terra effulserat, ad quam fluctuû æstuatione sub breuia *S. Annæ* recta abducti erant. Circa hoc tempus *Pinguinarum* auium (de quibus hæcenus cuiuslibet dimidia in dies cesserat) apparatus omnis insumptus est. Porro ergò 4. vnciis panis, & duabus oryzæ, quemlibet contentum esse oportuisset, nisi misericors Deus, qui in extremis semper fidelissimus auxiliator præsto est, copiosis piscibus eos largiter cibasset. Nam *Tominarum* ac *Haiarum*, similibusque piscium tantam quotidie copiam captabant, vt omnibus absumendis vix sufficeret. Cum verò iuxta hoc littus quinque septimanis ab omni vento quieti decubuissent: Capitaneus, metuens, ne diutius ibi morandum, tandemque in *Guineæ* ipsium littus concedendum foret, scapham quandam exillem curauit extrui, casibus omnibus commodaturam. Et licet ad eam fabricandam nec tignarios nec afferes necessarios haberent: eius tamen extruendæ media vnde cunq; arripuerunt. Nam de trabibus interaneis tabulas auellentes, eas, vt poterant, decentibus iuneturis aptabant. Hanc nauiculam 12. dierum spacio Gubernator *Iohannes Oontghers*, olim tignarius, construxit: quo tempore solem iterum in Zenith habuerunt.

Etsi verò diligenti opera scapha hæc tandem absolueretur: eius tamen vsus nullus fuit. Nam 24. April. cum primum Caurus valentius spirare inciperet: Die 24. idem tanto impetu & fremitu inualuit, vt vela nauis vtraque tota decuteret. Quod in eius quidem singulare commodum cessit, cum alias à subuersione immunis futura non fuisset. Postridie nauem quandam sibi vicinam confpicati sunt. Ad quam cum se conuertissent, eam ex conspectu suo breui iterum amiserunt. Cursum ergo suum ad *Flaminias Insulas* semel ceptum, continuarunt.

Hollandi
vtraq; vela
amittunt.

Die

Die 2. Maij, cum ventus optatus incubuisset, Capitaneus preces ac ieiunia fieri mandauit: quæ eadem etiam 6. Octobr. Anno 1599. postquam ex Oceano australi in fretum Magellanicum iterum illapsus esset, instituerat. Hunc ergo diem serijs precationibus exegerunt, Deo rerum omnium conditori pro immensa sua misericordia æternas gratias dicentes, quod toties, ac in tam desperatis malis ipsis semper clementissimè succurrisset, & nuper quoque, famem miserrimam omnibus passim minitantibus, oblati piscibus copiosis, penuriam illorum cumulatissimè subleuasset: vnà contritis cordibus ipsum deuotissimè inuocantes, vt cæteras quoque, à societate dispullas naues clementi sua custodia protegat, earumque cursum ita moderetur, vt probe re confecta, cum multorum gaudio tandem domum reducantur.

Ieiunia ac preces sũt.

His peractis, die 21. Maij commodo vento *Tropicum Capricorni* transgressi piscium adhuc indies tantam copiam captabant, vt eorum plurimos condire ac resiccare cogentur. Ad *Flaminiarum*, vel potius *Flandricarum* insularum altitudinem prouecti, vanescentibus piscibus viuus, deinceps resiccatis aut salitis vesci opus habebant. Cum qua diæta mutata, noui quoque morbi illic inuadebant. Nam quicumque de salitis piscibus illis comederant, eorum cutis tam rubris passim maculis suffundebatur, vt leprosis non dissimiles viderentur. Affectus hic cum partium internarum tanto ardore ac inflammatione coniunctus erat, vt nullo potu sitim urgentem commodè restinguere possent. Quosdam scorbutus insuper etiam lancinabat. Hæc noua plaga percussa, de sospitando itinere Deo vota largissima faciebant: cum ægrorum numerum indies valdè augeri ac multiplicari viderent.

Ardentes morbi nauigantium ex esu torridorum piscium.

Die 7. Iunij, certis indicijs cognouit Capitaneus, ex cella penaria furtim subinde panes surripi. Sigillum enim, quo fores referabantur, ruptum ac violatum comparuit. Omnibus ergo vno numero coactis, Capitaneus singulis ex ordine claues ademit, & quæ foribus referendis aptæ factæ essent, probauit. Quo ingenio fures perfacile apprehendit. Cum verò quatuor è fortissimis & validissimis huius criminis rei essent: cæteri verò nauæ plerique adeo enerues ac debiles viderentur, vt vix nauibus suam operam impendere possent: hæc tamen vice pœnam differri omnino cõsultum visum est, etsi 6. vel 7. istius facinoris rei, quatuordecim mensibus integris è promptuariis clam, tum quæ ipsi ederent, tum quæ alijs diuenderent, subripissent. Hi, vt diximus, pœna merita ex causis haud nihili tum temporis eximebatur, etsi ipsimet iam quidem vitam despondissent, ac, vt in terram ignotam exponerentur, supplicando institissent.

Panarii fures in nauè inuenti.
Necessitas & indigentia furibus manifestis supplicium differri. Anglica naues.

Die 7. Iunii, cum propter maliciam æquoris velis obliquatis pergerent, sub diei 12. auroram naues binas ad se recta incurstantes prouiderunt. Quas dum expectarent, *Anglicas* esse apprehenderunt: quarum Capitaneus, vir canus, à Capitaneo de *Weert*, valdè humaniter exceptus est. Ab hoc enim præter noua de patriæ statu communicata opem aliquam cibariam impetrari posse, spem sibi fecerat. Sed cum *Angli* æquè ac *Hollandi* indigentes essent: re infecta vtrinque discessum est.

Die 6. Iulij aditus *Angliæ* tenentes, postea 9. die cum procellis concitatissimis inuaderentur, magno nauis periculo in littus *Galicum* eiectioni sunt, non euasuri, nisi ventorum vis breui delæuisset. Nam nec angulum ante *Cales*, nec alterum huic aduersum exuperare poterant. Sed ventis tamen quiescentibus, tandem in *Angliæ* finitima redierunt. Cum verò Capitaneus minimè statuiisset secundum *Mosam* pronauigare, sed potius in arenarum tumulis anchoras figere, & ibi nauis patronorum responsa, an nimirum de nouo illic instructus, ac addita celoce auctus, societati reliquæ iuxta *Capo de Bona Esperança* occurrere, aut eosdem alibi perquirere debeat, expectare decreuisset: iuxta *Doeueren* in terram egressus est, vt ibidem anchoram & funes emeret, cum vnà saltem anchora in tumulis illis versari intutum videretur. Cum autem eorum nihil ibi parabile esset: commeatu modico aduecto ad nauem reuersus est. Et quoniam diutius ibi morandi nulla opportunitas esset: circa vesperam recta ad *Mosam* procurrerunt. Triduo autè ex ipsis *Anglus* quidam obierat, qui in reditu primus, in tota verò nauigatione 68. extiterat: quorum 44. in freto sepulti, sex verò in Oceano australi meris fuerant.

Numerus defunctorum in hac nauigatione. Hollandi Mosam attingunt.

Die 14. commodo ac optato vento ad *Mosæ* ostium appulerunt: in quo fortunam priore non multo benigniorem experti sunt. Nam cum in ipso *Mosæ* vado anchoris niterentur, & refluxum vndarum expectarent: repente tam nimbosus ac violentus ventus incubuit, vt nolentes volentes in alueum Goereticum secedere cogentur. Vbi dum versarentur, adhuc è focis alter, sexagesimus nimirum nonus ac vltimus diem extremè clausit: ita, vt in naui iam 36. tantum superessent. Quibus certè satis causæ erat, vt Deo omnipotentì gratias maximas agerent, qui in tam diuturna nauigatione, in tot frementibus periculis ac ærumnis ipsos clementer seruasset, & eosdem post mensium 25. interuallum sospites ad focos patrios reduxisset.

Nauigationis quod tempus. Historia clausula.

Et hæc est vera atque accurata descriptio omnium laborum, periculorumque, ac inopiæ & miseræ, quæ infelices hi nauæ in itinere suo conficiendo perpassi sunt. Quæ quidem vniuersa clausula,

Epilogus
paraneti-
cus ab ho-
nesto.

in sese longè grauiora & maiora sunt, quam verbis exprimi ac describi possint. A me enim nihil il-
 lis additum, sed plura detracta sunt. Quam equidem recitationem ex diario *Barentii Ianfonii Chi-
 rurgi*, vt & reliquorum gubernatorum libris, excerpti & consignauì, in eorum præcipue gratiam
 ac vtilitatem, qui & ipsi aliquando similium nauigationum socii futuri sunt, vt horum nautarum
 exemplo instituti, omnes ærumnas ac pericula, ibidem oborta, æquanimiter tolerare, ac in hone-
 sto suo proposito constanter ac firmiter perdurare dicât, nec se facile adduci pariantur, vt re-
 tata quidem, sed non confecta domum illicò festinent, eo comprimis tempore, quo itineribus il-
 lis DE I honor, patriæ salus, ac commodum eorum, qui maximis impendiis naues instruxerunt,
 quæritur & accuratur: sicuti hi certè *Argonautæ* extrema & durissima quævis tentare, quam cum
 dedecore & infamia reuerti maluerunt. Quibus hunc quoque librum iam clausum volumus,
 cæterarum nauium aduentum indies expectantes: quarum cursum Deus Optimus Maxi-
 mus potenti sua dextra ita moderetur, vt si nobis ex vsu & salute sit, cum maiori
 commodo ac quaestu ad patriæ limina sospites reuer-
 tantur.

Historiarum Noui Orbis Partis Nonæ Libri Primi F I N I S.



HISTO.

HISTORIÆ ANTIPODV M,
S I V E
NOVI ORBIS
PARTIS NONÆ
LIBER SECVNDVS:

Quo continetur

VERA ET ACCVRATA DESCRI-
PTIO, LONGINQVÆ, DIVTVRNÆ AC PE-
RICVLOSÆ NAVIGATIONIS, QVAM OLIVERIVS
VAN-DER-NOORT, classis quatuor nauium, & ducenti quadraginta octo
hominum Generalis Præfectus per æstuosum fretum Magellanicum confe-
cit: qui triennii spatio velis vniuersum terræ globum intrepidus obiuit,
coque in cursu varia, ac scitu necessaria admodum iucun-
daque notauit.

*E GERMANICO LATINVS FACTVS, ICONIBVS ÆNEIS TVL-
cherrimis ornatus, editusque, opera ac sumptibus Matthæi Meriani.*



FRANCOFVRTI,
Typis Wolffgangi Hoffmanni, Anno 1633.

HISTORIA AMIPOTVM

NOVI ORBIS
PARTIS NOVAE
LIBER SECONDA

Quondam

VIRA ET ACCURATA DESCRIBIT
PIETROM INNOCENTIUM AC PE
RITICUM HAVIGIUM DVAM OLIVERIVS
VIRI DOCTISSIMI ET AMPLISSIMI
HUMANITATIS ET POLITICAE
REPERTORII ET ALIIS REBUS
HISTORICIS ET GEOGRAPHICIS
ET ALIIS REBUS

PER GULIELMUM BLAVIUM
LITHOGRAPHICIS TABULIS



TRAHOVAGS
Johann Wolfgang Wiegmann Anno 1833


RPJCB



HISTORIÆ ANTIPODVM,

SIVE

NOVI ORBIS PARTIS NONÆ LIBER SECVNDVS.



Nono à nato Salvatore Christo 1598. die Iulii 2. naus vna *Mauritius*, & *Quo rem-*
altera *Concordia* dicta, *Roterodamo* soluit: quæ 18. mensis prænominati ^{ore naues}
die oram *Goeree* ingressa est. Vbi cum Generalis de ordinario ac men- ^{soluerint.}
struo militum nautarumque stipendio constituisset, duæ hæ naues
postea Calend. August. ad vada Anglicana perrexerunt, vt ibidem
naues cæteras socias, *Henricum* *Fridericum* & *Spem* dictas operirentur.
Quæ cum die 13. August. illuc appulissent, die 22. vento boreali
versus *Plymouthum* recesserunt, naues reliquas *Roterodamo* propediem
aduenturas ibidem expectaturæ.

Die 27. August. in *Portlands* venerunt: vnde Generalis scaphâ ma-
iorem cum nonnullis militibus amandauit, qui vbinam locorum ex-
pectaturæ naues tam diu morarentur, peruestigarét. Hi cum ad ostium *Mosæ* vsque pertendissent,
nec naues vllas inuenirent. Die 28. visum est Generali ad littora *Goeree* reuerti, maximè quod &
procellarum temporis obortæ naues loco illo haud leuiter quæterent.

Circa vesperam diei 31. August. littus illud rursus attigerunt. Ex quo loco cum Generalis
Roterodamum iterum excurreret: naues reliquas in littora *Zelandia* tetendisse, cognouit.

Die 13. Septembr. Cauro ferente è littore *Goeree* in fretum *Zelandicum* vela facientes, naues
sibi expectatas in media via occurrentes viderunt. Quæ postquam hora à Meridie quarta magno
omnium gaudio iungerentur: vno comitatu cursum versus *Plymouthum* direxerunt, quod *Pilotta*
quidam Anglicus, Capitaneus *Melis* nominatus, qui prioribus annis cum *Thoma Candischi* idem iter
confecerat, ibidem res quasdam, navigationi faciendæ idoneas ac necessarias relictas, auferre
constituisset.

Die 16. Septembris ventis aduersis agitati in *Veetim* Insulam dispulsi sunt, quorum vi naus
Proprætoria in breuia tanto impetu illita est, vt manifesto periculo fundum iam attingeret. Ex
quod iam rursus eluctaretur, tribus integris horis ingenti machinatione desudatum est. <sup>Vice Admi-
rans fundo
incumbit.</sup>

Die 18. vento Euronoto perflante, ex *Veeti* Insula cum 80. circiter nauibus aliis, versus occi-
dentem ituris, soluentes, die 19. Septembr. *Plymouthum* attigerunt. Die 21. postquam Generalis
cum Capitaneo *Melis* ante exortum Solis ad naues rediissent, leuatis anchoris itinerij pertenden-
do se accinxerunt. Vento itaque *Iapyge* spirante cursum intra medium occidentem austrumque
direxerunt. Sed cum è vado digressi nauis Proprætoriae scapham, sex viris stipatam, longo inter-
uallo post se relinqui viderent: hanc expectarum, anchoris naues defixerunt. Er cum paulò post
à prædatoria nauè Anglicana appellente intelligerent, nauem restitem ad classem minimè redire
velle: illicò leuatis anchoris, inde se rursus extulerunt. <sup>Vice Admi-
rans cum
sex viris
classem de-
ferit.</sup>

Die 23. annonæ distribuendæ ac dispensandæ Generalis modum constituit, ita, vt cuiilibet
indies panis libra dimidia, aquæ mensura vna, & vini modicum porrigeretur. In cuius rei testimo-
nium ratificandum, cum disploso tormento signum dedisset, preces ad *Deum* de felici & prospere
cursu nauium fieri mandauit. <sup>Annona
dispensatio.</sup>

Die 27. duas *Cantabrigas* naues corripuerunt: quas cum Generalis aliquandiu perlustasset,
tandem liberas à se dimisit. Die 4. Octobr. quatuor naues ex *Numidia* venientes attigerunt: quarû
vna

F

vna *Hollandica* ex *Amstelydamo*, dux *Gallicana*, & quarta *Anglica* erant. Horum relatione acceperant, quod pestifera aëris lue *Mauritania* miserè vastata sit, cum in vna *Marocana* ciuitate 25000. homines breui tempore horrenda nece abrepti fuerint. Hoc loco altitudo graduum 32. erat.

Barbaria lue infestatur pestifera.

Die 6. Octob. intra *Canaria* maioris Insulas & *Teneriffam*, sub gradu 28. sitas, nauigantes, cursum in Austrum flectebant. Die 8. Vice-Prætoria scapham suam, à naue ponè religatam, cum viro vno perdidit. Hanc cum fixis anchoris præstolaretur aliquandiu, eam deinceps nō vidit amplius, quod tum noctis tenebris, tum ventorum vi quam longissimè à classe dispulsa esset. Hic altitudinem 44. grad. & 40. minut. habuerunt.


Vice-Admirans scapham perdidit.

Die 9. in litrus Africanum eiekti, altitudinem grad. 22. habuerunt, terræ iam iam illidendi, nisi è specula excubitor malum deuitasset. Huius declinationis causâ mandatum Anglici Capitanei erat. Qui cum intra austrum ac occasum cursum fieri iussisset, improvidi nauæ versus austrum nimium declinauerunt, adeò, vt à terra dimidii milliariis spatio non abessent. Versus altiorrem Oceanum ergò recurrentes, cum angulum borealem iuxta *Cabo Blanco*, siue Promontorium, album, attigissent, directo cursui priori iterum incubuerunt, terram tamen à conspectu nunquam dimittentes. Die 13. nauem post se quandam sub grad. 17. & 26. minut. conspiciati sunt.

Die 18. sub gradu 11. nauigantes, aduersum Libonotum adepti sunt, pluuiis densissimis permixtum. Quibus collectis aquæ plurimum inuaserunt.

Die 3. Nouemb. ventus australis inundauit, postquam ab 11. Octob. perpetuo Libonoto fatigati fuissent. Circa diei exortum terram *Guineam* prospexerunt, quatuor ferè milliariis versus ortum septentrionemq; à se distantem. Ibi grad. 3. & minut. 40. habentes, 30. circiter milliariis à scopo se aberrasse peruiderunt, quos æstu Orientali seductos, postmodum res ipsa docuit.

Die 4. Decembr. iuxta Caput Palmæ tribus à terra milliariis aberant, vbi 9. Canoas viris nudis plenas, attigerunt. Hinc malacia freti, iuxta littorum porrectum assidue perrexerunt, intra ortum ac meridiem medii incurrentes. Hoc Caput Palmæ sub grad. 3½. situm est. Sed vento ibi Africo satis idoneo adiuti, lineam transmittere attentarunt. A qua etiam vix gradu dimidio abessent,



hactamen

hac tamen aura illam penitus exsuperare minimè licuit. Die 10. sub exortum diei *Insulam Principis*, versus medium ortum ac septentrionem sitam conspicati sunt. Qua de causâ largo vniuersi gaudio perfructi sunt, quod ventorum importunitate in æquore diu iactati fluctuascent. *Generalis* itaque coacto senatu bellico statuit, vt ad eam Insulam excursus fieret. Officiarius siquidem *Daniel Gerretsz*, hanc sibi Insulam notam, ac rerum necessariorum commodam promam esse prætenderat. Itaque cum & aquæ penuria irreperet, & lue multi iam in nauibus tentari inciperent, directo cursu in sinum dictæ *Principis Insulæ* nauigatum est, fundo passibus 16. naues recipiente, ad quem tentandum, prægressa nocte *Generalis* exploratorem amandauerat. Qui reuersus, præter loci commodi indicium hoc quoque narrauit, quod nullos vsquam homines offendere ibi poterit. Hæc Insula in lineæ parte septentrionali sub 1 $\frac{1}{2}$. gradu sita est. Cæterum exploratore ad naues reuerso, senatus bellicus suam *Generalis* decreuit, vt emissis scaphis loci eius vniuersi conditio dispiceretur exactius. Quo sine scaphis duabus, & nauicula vna 40. circiter viri emissi sunt, quorum caput ac præfectus *Reynier Poppes* constituebatur. Huic adiungebantur Capitaneus *Petrus Esaias*, Capitaneus *Melis*, *Daniel Gerretsz*, & *Cornelius* frater *Generalis*, ac *Ioannes Bremensis*, nauis Vice-Admirantis Gubernator. Hi cum vadum ingressi essent, vexillum pacis suffixerunt. Quo viso Insulani simili vexillo munito virum quendam ad ipsos amandarunt, qui, quid quærent aut actum venirent, rogaret. Huic cum responderetur, solius annonæ gratia iusto pretio ab Insulanis redimendæ se aduentasse: ipsos optimè sperare, & in terram nullo metu exire idem iussit, dicens, rerum omnium copiam ibi admodum parabilem proflare. Primus ergo *Gerritsz* in solum egressus à Nigro seu Æthiope, *Lusitanicam* linguam callente, admodum humaniter exceptus est, vt qui iam olim quoque eandem insulam obtriuisset. Hic, vbi cum tribus sociis in castrum abduceretur, præfectum cum cæteris in scaphis reliquit, vt milites in statione sua cogeret. In castrum verò non saltem iunctis dextris quatuor illi humanissimè admissi, sed & ferculis vinoque lautè tractati fuerunt. Emiserant enim Insulani nuncios, qui præfectum à nauibus in castrum abducerent. Sed is excusando se, apud milites manere maluit. Videntes ergò iam Insulani, quod plures in castrum allicere non possent, quatuor dictos suos hospites proditorio ausu inuadentes, tres eorum primo illicò impetu obruncarunt: nempe præfectum *Daniel Gerretsz*, Capitaneum *Melis* & Gubernatorem *Ioannem Bremensem*. Quartus verò Capitaneus *Petrus Esaias* è manibus ipsorum elapsus, persulani cursu ad scaphas se recepit. Quod videntes in littore palantes milites, proditionem subodorati, gregatim in scaphas iruperunt. Quos tamen *Lusitani* Insulares tantâ infestatione crebris sclopetorum eiaculationibus ad littora vsque infectati sunt, vt in scaphis etiam, fratrem *Generalis*, ac itidem alium, *Cañterum de Amstelredamo*, vocatum, glandibus obruncarent: adeò, vt vix spatium daretur præfecto, cum suis ad Generalem redituro. Cognita rê hac nefaria, *Generalis* coacto senatu bellico consultum ratus est, vt nulla mora obstante rectâ in portum insulæ incurreretur. Quo facto, nauis Concordiâ dicta, rectâ castrum subiit. Illa 120. militibus stipata, duces *Reynier Poppes* habuit. Vniuersi hi scaphis in littora expositi, impetum rectâ in castrum *Lusitanorum* fecerunt, eius expugnandi animo certissimo inflammati. Sed propter veprium obstantium impedimenta, & vicini lacus transmittendi profunditatem, crebrasque *Lusitanorum* effusionationes, quod tentabant, obtinere non poterant, sed retrò pedem referre cogebantur. Vno ergo ex ipsis casò, & 16. vulneratis, ad scaphas redierunt.

Insula de Principe.

Dua scapha ad Insulam de Principe amandantur.

Tres ab Insulanis caeduntur.


Generalis frater feritur.

Hollandi cum Lusitanis frustra vellicantur.

Die 12. circa vesperam *Generalis* iterum 30. milites in littus amandauit, vt locum fontino vicinum obsiderent, & haurientibus vndam tutum comearum præstarent. Eo ergo loco Castellum extruentes, rebus necessariis se commodè muniebant. In interim etiam *Generalis* armatis cohortibus versus molas quasdã, vbi saccharum parari solebat, irruens, eas subiecto igne omnes concremauit. Quo tumultu gliscente *Lusitani*, qui in dumetis latebant, vnum ex *Hollandis* glande traiecerunt, & cæteros deserto loco ad Castellum repulerunt. Ibi dum morarentur, Capitaneum *Cleerhagen* aliquando in hac Insula egisse certis signis animaduertunt. Nam & ascia ta quædam ligna, & lapides, calcemque, & locum istum, in quo ligna cæsa sunt, inuenerunt.

Ex vestigiis tamen quibusdam liquebat à Castello isto, nondum penitus extracto Capitaneum à *Lusitanis* abactum ac dispulsum fuisse. Cæterum *Generalis* ad sinum alium quoque scapham emiserat. Quem tamen, cum hominibus plurimis habitatum videret, & de annonæ illic parandæ spe actum esse intelligeret: circa vesperam diei 17. ex munitione ad naues milite reducto, postquam naues aqua recenti vberrimè instruxisset, leuatis anchoris bono & idoneo vento inde soluit, licet ægri ac vulnerati haud pauci in nauibus essent.

Die 21. denuo *Guinea* oræ propius admoti sunt, rectâ sub linea æquinoctiali agêres, & decem passibus naues anchoris firmantes. Ventus enim australior cursum intercipiebat. Die 25. *Cabo Lopes Confaluo* attigerunt: quibus in sinibus de nocte ventus plerunque terrenus, de die verò maritimus perflare solet. Ibi in terram egressi, naues duas Germanicas inuenerunt, quarum vna Bar-



rent, Dieterici Amstelredamensis, altera *Zelandica Catus* dicta, erat. Ad has cum Generalis Capitaneum *Petrum Esiam* & *Iacobum Hudcoperum* scapha emisisset: à reducibus his comperit, in hoc ipso Promontorio naues *Petri Verhagens* nuper integri mensis spatio obhæsisse, & sociorum non pauciores 38. ibidem sepultos fuisse, magno ægrorum numero in nauibus relicto. Sed & quendam, qui è nauibus *Verhagenii* aufugerat, in nauem suam Generalis assumpserat: à quo de rerum plerarumque statu informabantur. Is recensibat, quomodo naues *Verhagenii* postquam fluiuium *Congo* iam ingressæ fuissent; nihilominus tamen ad Caput reuerti compulsi sint, & inde iterum ante dies *Cleerhagen* 14. versus *Annabonam Insulam* vela fecerint. Sed & de Capitanei *Cleerhagen* statu perconratus in-
in Insula de Principe tellexit, quod in *Insula Principis* cum sociorum magna parte cæsus occubuerit, & cæteri vix summo labore nauibus profugi vitam suam seruarint.

Eodem die Generalis decreto tenarus bellici quendam è gubernatoribus, *Hans Volckers* de Terra Sancta nominatum, propter motam seditionem in terram exponi curauit. Die 26. ex dicto *ianuar. anni 1599.* *Cabo Consaluo* soluerunt, versus *Brasiliæ* terram cursum facientes.

Calend. Ianuar. Ann. 1599. *Annabonam* Insulam conspicati, à Meridie Solis altitudinem 2. grad. adepti sunt, de exuperata Insula illa admodum sibi gratulantes. Die 8. Solis altitudo 3. grad. & 40. minut. in lineæ parte australi fuit. Die 12. eadem 5½. grad. fuit: quo tempore quidam in nauibus morbis tentari incipiebant. Die 20. cursum intra medium austrum occasumq; torquebant, cum iam *Abroles* se exsuperasse censerent. Ibi altitudo grad. 12. minut. 40. erat. Die 28. Solem redi à vertici incumbentem habuerunt, sub grad. 18. & minut. 10. nauigantes. Cursum ergo ita moderabantur, vt à Meridie Solem in septentrionali latere relinquerent.

Die 3. Februar. cum altitudinem 20. grad. haberent, de nocte media terram quãdam humilem sibi oppositam conspicati sunt: parumq; absfuit, quin nauis *Concordia*, quæ iam trium passuum profunditatem habebat, in oram impingeret. Cursum ergo fleetentes, intra Occasum ac Meridiem naues egerunt, & die 5. terram *Brasiliam* attigerunt. A cuius editiore sinu, in apertum Oceanum concita-

Sol in Zenith.

Februar. anni 1599. Cabo de Brasl.

hac tamen aura illam penitus exsuperare minimè licuit. Die 10. sub exortum dici *Insulam Principis*, versus medium ortum ac septentrionem sitam conspicati sunt. Qua de causa largo vniuersi gaudio perfusi sunt, quod ventorum importunitate in æquore diu iactati fluctuassent. *Generalis* itaque coactò senatu bellico statuit, vt ad eam Insulam excursus fieret. Officiarius siquidem *Daniel Gerretsz*, hanc sibi Insulam notam, ac rerum necessariorum commodam promam esse prætenderat. Itaque cum & aquæ penuria irreperet, & lue multi iam in nauibus tentari inciperent, directo cursu in sinum dictæ *Principis Insula* nauigatum est, fundo passibus 16. naues recipiente, ad quem tentandum, prægressa nocte *Generalis* exploratorem amandauerat. Qui reuersus, præter loci commodi indicium hoc quoque narrauit, quod nullos vsquam homines offendere ibi potuerit. Hæc Insula in lineæ parte septentrionali sub 1½. gradu sita est. Cæterum exploratore ad naues reuerso, senatus bellicus iussu *Generalis* decreuit, vt emissis scaphis loci eius vniuersi conditio dispiceretur exactius. Quo sine scaphis duabus, & nauicula vna 40. circiter viri emissi sunt, quorum caput ac præfectus *Reynier Poppes* constituebatur. Huic adiungebantur Capitaneus *Petrus Esaias*, Capitaneus *Melis*, *Daniel Gerretsz*, & *Cornelius* frater *Generalis*, ac *Ioannes Bremensis*, nauis Vice-Admirantis Gubernator. Hi cum vadum ingressi essent, vexillum pacis suffixerunt. Quo viso Insulani simili vexillo munito virum quendam ad ipsos amandauerunt, qui, quid quærent aut actum venirent, rogaret. Huic cum responderetur, solius annonæ gratia iusto pretio ab Insulani redimendæ se aduentasse: ipsos optimè sperare, & in terram nullo metu exire idem iussit, dicens, rerum omnium copiam ibi admodum parabilem profuturam. Primus ergo *Gerritsz* in solum egressus à Nigro seu *Æthiopo*, *Lusitanicam* linguam callente, admodum humaniter exceptus est, vt qui iam olim quoque eandem Insulam obtriuisset. Hic, ubi cum tribus sociis in castrum abduceretur, præfectum cum cæteris in scaphis reliquit, vt milites in statione sua cogeret. In castro verò non saltem iunctis dextris quatuor illi humanissimè admissi, sed & ferculis vinòque laurè tractati fuerunt. Emiserant enim Insulani nuncios, qui præfectum à nauibus in castrum abduceret. Sed is excusando se, apud milites manere maluit. Videntes ergò iam Insulani, quod plures in castrum allicere non possent, quatuor dictos suos hospites proditorio ausu inuadentes, tres eorum primo illicò impetu obruncarunt: nempe præfectum *Daniel Gerretsz*, Capitaneum *Melis* & Gubernatorem *Ioannem Bremensem*. Quartus verò Capitaneus *Petrus Esaias* è manibus ipsorum elapsus, pernicii cursu ad scaphas se recepit. Quod videntes in litore palantes milites, prodicionem subdorati, gregatim in scaphas irruperunt. Quos tamen *Lusitani* Insulares tanta infestatione crebris scelopetorum eiaculationibus ad littora vsque insectati sunt, vt in scaphis etiam, fratrem *Generalis*, ac itidem alium, *Canterum de Amstelredamo*, vocatum, glandibus obruncarent: adeò, vt vix spatium daretur præfecto, cum suam ad Generalem rediret. Cognita res hac nefaria, *Generalis* coactò senatu bellico consultum ratus est, vt nulla mora obstante rectè in portum insulæ incurreretur. Quo factò, nauis *Concordia* dicta, rectè castrum subiit. Illa 120. militibus stipata, duces *Reynier Poppes* habuit. Vniuersi hi scaphis in littora expositi, impetum rectè in castrum *Lusitanorum* fecerunt, eius expugnandi animo certissimo inflammati. Sed propter veprium obstantium impedimenta, & vicini lacus transmittendi profunditatem, crebrasque *Lusitanorum* effusionationes, quod tentabant, obtinere non poterant, sed retrò pedem referre cogebantur. Vno ergo ex ipsis cæso, & 16. vulneratis, ad scaphas redierunt.

Die 12. circa vesperam *Generalis* iterum 30. milites in littus amandauit, vt locum fonti proximo vicinum obsiderent, & haurientibus vndam tutum commearum præstarent. Eo ergo loco Castellum extruentes, rebus necessariis se commodè muniebant. In terim etiam *Generalis* armatis cohortibus versus molas quasdam, ubi *saccharum* parari solebat, irruens, eas subiecto igne omnes concremauit. Quo tumultu gliscente *Lusitani*, qui in dumetis latebant, vnum ex *Hollandis* glande traiecerunt, & cæteros deserto loco ad Castellum repulerunt. Ibi dum morarentur, Capitaneum *Cleerhagen* aliquando in hac Insula egisse certis signis animaduertunt. Nam & asciata quædam ligna, & lapides, calcemque, & locum istum, in quo ligna cæsa sunt, inuenerunt.

Ex vestigiis tamen quibusdam liquebat à Castello isto, nondum penitus extructo Capitaneum à *Lusitanis* abactum ac dispulsum fuisse. Cæterum *Generalis* ad sinum alium quoque scapham emisit. Quem tamen, cum hominibus plurimis habitatum videret, & de annonæ illic parandæ spe actum esse intelligeret: circa vesperam diei 17. ex munitione ad naues milite reddito, postquam naues aqua recenti vberimè instruxisset, leuatis anchoris bono & idoneo vento inde soluit, licet ægri ac vulnerati haud pauci in nauibus essent.

Die 21. denuo *Guinea* oræ propius admoti sunt, rectè sub linea æquinoctiali agètes, & decem passibus naues anchoris firmantes. Ventus enim australior cursum interceptabat. Die 25. *Cabo Lopes Consaluo* attigerunt: quibus in sinibus de nocte ventus plerumque terrenus, de die verò maritimus perflare solet. Ibi in terram egressi, naues duas Germanicas inuenerunt, quarum vna Ba-



rent, Dieterici Amstelredamensis, altera *Zelandica Catus* dicta, erat. Ad has cum Generalis Capitaneum *Petrum Esiam* & *Iacobum Hudocoperum* scapha emisisset: à reducibus his comperit, in hoc ipso Promontorio naues *Petri Verhagens* nuper integri mensis spatio obhæsisse, & sociorum non pauciores 38. ibidem sepultos fuisse, magno ægrorum numero in nauibus relicto. Sed & quendam, qui è nauibus *Verhagenii* aufugerat, in nauem suam Generalis assumpserat: à quo de rerum plerarumque statu informabantur. Is recensebat, quomodo naues *Verhagenii* postquam fluium *Congo* iam ingressæ fuissent; nihilominus tamen ad Caput reuerti compulsi sint, & inde iterum ante dies *Cleerhagen* 14. versus *Annabonam Insulam* vela fecerint. Sed & de Capitanei *Cleerhagen* statu percontatus intellexit, quod in *Insula Principis* cum sociorum magna parte cæsus occubuerit, & cæteri vix summo labore nauibus profugi vitam suam seruarint.

Eodem die Generalis decreto senatus bellici quendam è gubernatoribus, *Hans Volckers* de Terra Sancta nominatum, propter motam seditionem in terram exponi curauit. Die 26. ex dicto *Cabo Consaluo* soluerunt, versus *Brasiliam* terram cursum facientes.

1. Ianuar. anni 1599. Calend. Ianuar. Ann. 1599. *Annabonam Insulam* conspicati, à Meridie Solis altitudinem 2. grad. adepti sunt, de exuperata *Insula* illa admodum sibi gratulantes. Die 8. Solis altitudo 3. grad. & 40. minut. in lineæ parte australi fuit. Die 12. eadem 5½. grad. fuit: quo tempore quidam in nauibus morbis tentari incipiebant. Die 20. cursum intra medium austrum occasumque torquebant, cum iam *Abroles* se exsuperasse censerent. Ibi altitudo grad. 12. minut. 40. erat. Die 28. Solem rectè à vertici incumbentem habuerunt, sub grad. 18. & minut. 10. nauigantes. Cursum ergo ita moderabantur, vt à Meridie Solem in septentrionali latere relinquerent.

2. Die 3. Februar. cum altitudinem 20. grad. haberent, de nocte media terram quãdam humilem sibi oppositam conspicati sunt: parumque abfuit, quin nauis *Concordia*, quæ iam trium passuum profunditatem habebat, in oram impingeret. Cursum ergo flectentes, intra Occasum ac Meridiem naues egerunt, & die 5. terram *Brasiliam* attingerunt. A cuius editiore sinu, in apertum Oceanum concita-

concitatus declinantes, duobus tribusve milliariibus à terra bolidem 4 $\frac{1}{2}$. passibus miserunt. Sinus iste, *Caput S. Thomæ* vocatus, ex eo loco versus terram *Brafilie*, in Occidentali ad *Cabo Frio* late-
re porrigitur. Hic sub altitudine grad. 22. erant.

Die 6. sinum quendam grandiore, *Baya Formosa* nuncupatum incuřentes, circa vesperam *Cabo Frio* admodum editum transierunt. Ab hoc cursum in Occidentem flexentes, importu-
no Cauro adeo obruti sunt, vt non saltem collectis velis opus haberent, verum à se inuicem lon-
gis intervallis quoque disgregarentur, & iuxta littora anchoras mittere nolentes volentes coge-
rentur. Hæc venti aduersitas integro biduo durabat.


Circa dici 9. medium *Rio Iauero* attingentes, anchoras extra ipsum sinum iactarunt. Vbi cum *Rio Iauero Insula haud procul à Bra-
sil.* 14. pass. profunditate intra duas Insulas boreales inniterentur, derepentè alterius anchoræ funis
ruptus est. Postea Euro recenter spirante, velis in *Dobaërt* contenderunt. Quo loco 9. passuum
anchors extra Castellum quoddam iuxta fauces magni lacus, in quem riuus multi se exonerant,
iactarunt. Generalis itaque Gubernatorem *Barent Iansz* cum duobus remigibus exili scapha e-
misit, qui de annonæ parandæ commoditate dispiceret. Qui cum propter importunitatem ven-
torum ex sinu illo ingruentium terram attingere non posset: Postero die ad naues grandis *Canoa*,
septem vel octo viris munita appulit. Inter hos quidam erat *Lusitanus, Petrus Tack*, linguæ *Germa-
nica* peritissimus, qui cum sinus illius Gubernatore nupero tempore 300. milites illuc induxerat. *Hollandi,
qui sint, ro-
gantur.* Is à Gubernatore se emissum prætendebat, vt percontaretur, quinam in nauibus istis homines
venissent. Cumque intellexisset, aduenas omnes *Germanos* esse, qui commeatus ac annonæ co-
piam pro pecunia præsentis aut mercibus promptis peterent: à Generali humaniter lau-
teque habitus *Canoa* sua ad terram rediit, responsum Gubernatoris primo quouis tempore re-
laturus.

Circa meridiem idem *Lusitanus* ad naues *Canoa* sua reuersus præter sexaginta aurantia nihil
secum attulit. Sed nec definitum Gubernatoris responsum exprompsit. Vnde, cum Generalis
ac senatus bellicus in anibus se verbis differri viderent: ac ab ipso Lusitano intellexissent, nisi re-
tineretur ipsemet, parum admodum rerum necessariorum ibi paratum iri: consilio inito Lusita-
num cum *Mestishe*, id est *Hybrida* quodam, ac duobus mancipiis secum detinuerunt, ac *Canoam*
cum cæteris (quibus *Petrus Tack* ad Gubernatorem litteras vnâ dabat, quibus rogabat, vt aduenis
pro pecunia & mercibus fructus daret) ad Castellum remisit. Noctem eam quatuor dicti in na-
uibus exegerunt. *Lusitanus
in nauis re-
tinetur.*

Diei ii. aurora prodeunte, necdum vllum à Gubernatore responsum extortum est. Multæ
tamen *Canox* per Castellum finitima ex ciuitate agi visæ sunt. Itaque consilio senatus tres scaphæ,
60. aut 70. viris munitæ ad parandos fructus & aliam annonam emissæ abiērunt. Huiusmodi
montem quendam, *Panem saccharinum* vocatum, in sinum australem rectâ imperum fecerunt, quæ
fructibus omnifariis vberimè abundare à Lusitano acceperat. Quo sine etiam *Mestisheben* (ex con-
cubitu *Lusitani ac Indice semina* prognatum) sibi adiunxerant, vt in parandis necessariis auxilium ef-
feret. Hi cum terram attigissent, dum ea latitantibus militibus omnia referta esse viderunt. Inter-
rim cum bini ad explorandum rerum statum ex ipsis *Hollandis* emitterentur: derepentè ex insidiis *Duo Hollân-
di à Lusi-
tanis capi-
untur.* inuasi, ac captiui abducti sunt ab incolis Lusitanis, qui præter hoc numerosis quoque iaculis in
scaphas extortis, *Hollandorum* 7. vel 8. haud leuiter vulnerarunt. Hunc tumultum cum *Concordia*
nauis sensisset: scaphis auxiliarum, quam poruit proximè, ad litus procurrit. Verum propter cre-
bra fulmina, è Castello facta, retrocedere coacta est, postquam glante emissa *Hollandorum* vni ca-
put totum decussum fuisset. Harum violentia rudentes quoque vndiquaque haud tenuiter ob-
lædebantur. His ita gliscitibus, scaphæ ad naues, militibus duobus desideratis, redierunt: duo
verò cæteri captiui in *Rio Iauero* abducti sunt. Generalis autem literis ad Gubernatorem missis
rogauit, an non suos captiuos cum *Lusitanis* retentis permutare velleret. Has litteras scilicet
in terram enatans, ad Gubernatorem exulit. Circa vesperam ex Castello quidam, pacis signo,
ad littora egressi sunt. Ad quos cum *Hollandi* scapham emitterent, rogarunt *Lusitani*, quem ad lo-
cum duo captiui deducendi essent. Quibus responderunt *Hollandi*, iusseruntque, vt in oppositam
nauium stationem ferrentur, & suos ibidem reciperent. Sed eadem ipsa nocte procellæ ex austro
ram validæ incubuerunt, vt parum abesset, quin naues in scopulos ac saxa penitus illiderentur.
Die verò 12. in definito *Lusitanis* loco vexillum quoddam pacis conspicati sunt. Quo cum scapha
captiuos suos eduxissent, à *Lusitanis* vicissim suos socios receperunt. Postea *Lusitani* quidem res *Captiui
Hollandi
restituntur.* necessarias omnes *Hollandis* sponderunt: quorum tamen verbis fidere nemini iam amplius li-
bebat. Cæterum cum Generalis *Lusitanum* captiuum in terram emitteret, mandauit militum
præfecto, vt scapham in breui illius loci ageret, quod alibi turus ad terram aditus propter æstus
frequentes Oceani non pateret. Cumque iam *Lusitanus* inde in terram enataret, quidam ex *Hol-
landis Wilhelm Potter* Delfensis, vnâ cum ipso vestibus depositis nullo generalis mandato enata-
uit.

Hollandus
deseritur.

uit. Is cum vix littus attigisset, nudorum *Indorum* ex dumeris magna caterua prorupit, & nudum *Hollandum*, quem iam scapha quoque ad classem reuerfa deferuerat, correptum abduxerunt.



Die 12. Februar. circa vesperam Generalis tormento disploso discessionis signum dedit. Ita-
que anchoris attractis, vehente Austro sinum eum egressi sunt. Quo cursu cum ventum admo-
dum dubium & copiosis imbribus permixtum haberent, vela ad *S. Sebastiani Insulam* direxerunt.


*Insula S.
Sebastiani.*

Diei 16. aurora prodeunte, intra duas Insulas anchoras miserunt, quod se *S. Sebastiani Insula*
vicinos arbitrarentur. Nam locum certo internoscere non poterant, quod se illa admodum la-
ta, continenti quadamtenus similis esset. Ad rerum conditionem ergo certius explorandam *Ge-
neralis* scapham suam amandauit, cæteras interim, naues in dictarum Insularum ambitu continens.
Cum verò nulla certa signa, quibus locus cognosceretur, paterent, illarum Insularum alteram
Mosseh, à Conchis & ostreis dictam; alteram à *Palmis* Generalis indigeravit. Ibidem præter conchas
aliquot ac palmitres, vndamque recentem nihil inuentum est.

*Hollandi
S. Sebastia-
ni Insulam
atingunt.*

Die 20. anchoras iterum alleuant, inde versus *Fretum Magellanicum* cursum suum destina-
runt. Sed cum metæ aliquantum confecissent, die 21. ex altiore Oceano ventus desubito impor-
tunissimus insonuit, qui naues haud leuiter quateret. Rati ergo consultum sunt, vt vela cursusque
inuerteteretur, & de relictis Insulis certius documentum fieret. Reuersi autem, cum eandem ipsam
S. Sebastiani Insulam esse prouiderent, nauibus suis intra Insulam & continentem appulerunt, ac
in portu ibi admodum idoneo, ac à ventis omnibus tuto confederunt. In huius eminentibus arbori-
bus Insulae numerosi pisces captati sunt. Fructus verò nullos inuenire licuit, quod sterilibus arbori-
bus Insulae omnis horrida esset, adeò, vt ne transitus quidem in locis plurimis pateret. Aquæ tamè
recentis copia ad placitum dabatur. Ibidem in littore enatas aliquam multas petroselinæ radices
quoque effoderunt.

Die 27. dum in ea *S. Sebastiani Insula* agerent, Capitaneus *Huydecooper* sex viros parua scapha
in terram emisit, qui de obuuiis rebus indicia referrent. Hi verò ab Indis, qui in sylua illa se abscon-
derant,



derant, & ex *Rio Tanero* naues infectati fuerant, insperato inuasi sunt: quorum duo primo illicò insultu ceciderunt. De cæteris quatuor quid actum sit, ne dum cõperire licuit.

Hollandi
sex ab Indiis
inuadusur.

Die 28. cum præter pisces & ligna insula illa nihil promeret, circa meridiem, A qua potabili optimè instructi, anchoras iterum attraxerunt, & ex Orientali parte portum egressi sunt, quo loco insula quædam *Alcatresse* dicta, sita est. Sed intra *Mossel* & *S. Sebastiani* Insulam exeuntes, gradus 24. numerauerunt. Ab eo tẽpore Oceanus incertis ac planè ambiguis ventis ferè semper æstuat, austro tamen plerumque primas sibi vendicante.

Die 14. Martii vulturno vsque adeò valido & fremente iactati sunt, vt colligere vela omnino cogentur. Hisce procellis maior scapha vndarum violento illisu tantoperè laxata & obtrita est, vt iam mergi inciperet. In qua cum viri quatuor agerent, vix magno nisu ac labore eripi potuerunt. Quibus extractis, nauis demum cum rebus omnibus pessum iuit. Inisdem vndarum furoribus durantibus *Propertoria* ac *Spes* naues è cæterarum conspectu disiectæ sunt. Hoc turbine sine velis quadriuo integro in æquore iactati grad. 32. in lineæ parte australi numerauerunt.

MARTIVS:
Scapha
maior mergitur.

Die 17. dispulsæ naues magno omnium gaudio classi se iunxerunt iterum: quæ postea iunctæ cursum suum versus ortum lento passu promouerunt. Hoc tempore, qui in nauis *Concordia* erant, focias naues magnis clamoribus inuocabant, vt in exigenda profunda nautea opem sibi celerissimam præstarent. Nam à mersione eadem nauis vix magno labore seruari poterat.

Concordia
periculum.

Die 19. Capitaneus Petrus Esaias ad Generalem contendit, querens, panes plurimos in nauis sua vdore corruptos esse, nautasque suos tenendæ ac saluandæ nauis, vt quæ assiduò ingenti aquæ copia perfueret, minimè sufficere. Generalis itaque coactò senatu optimum esse decreuit, vt *Concordia* nauis, cariõsa admodum ac rimosa, bonis exoneraretur, ac maioris periculi vitandi causa omnino defereretur. Hac nocte velis omnibus contractis ventorum impetum sequentes, altitudinem 32. grad. & 15. minut. numerauerunt.

Die 20. vento nedum remittente, exonerato tormento Generalis signum dedit nautis ac gubernata.

gubernatoribus, vniuersoq; senatui bellico conuenturis. Cum enim viderent, per procellarum continuam vim bona ac annonam, resq; alias à *Concordia* minimè exonerari posse: & iam huius principium ante fores esse, aëremq; perpetuis imbribus ac sæuis tempestatibus horrere, ac continuando per *Fretum Magellanicum* itineri minimè fauere intelligerent: denique etiam ægro-tum numerum indies augetcere sentirent: ab ea tempestiue, inò necessarium omnibus visum est, vt cum nauibus vniuersis in *S. Helena* Insulam contenderetur, & ibi tum hyberna agerentur, tum ægroti commodius curarentur & reficerentur, dum tandem aëris ac ventorum iniuriæ mitescerent, & senatui statutum esset, quando cursus denuò per *Fretum Magellanicum* inchoandus sit. De his articulis, vt suam quisque sententiam scriptam conferret, Generalis mandauit. Cumq; speraret, se breui tempore *S. Helena* Insulam attingere posse: *Concordiam* tantisper seruare ac secum agere consultum putauit. Quæ vt regi commodius, & à periculis vindicari præsentius posset: ad eius curam Generalis plures alios ordinauit, hac etiam de causa præcipuè, quod nauarum pars magna ex scorbuto grauius infestaretur. Harum verò rerum decreto factò, ad nauem propriam quilibet rediit, cursum suum in occasum æstiuum impellentes. Hoc tempore solis altitudo grad. 31. minut. 25. in lineæ australi parte erat. Sed ventus ferè semper Euronotus vela feriebat, adeundæ *S. Helene* Insula non admodum idoneus. Ad naues ergo proferendas cura & labore non tenui opus erat.

Delibera-
rio, vbi nam
agenda hy-
berna sint.

Ian de Groll
ex scorbuto
obiit.

Die 30. in *Concordia*, *Iohannes Grollius* ex scorbuto obiit. Qui primus omnium hac lue in nauibus extinctus est. Ibi altitudinem solis 30. grad. in lineæ australi facie habuerunt.

Die 2. April. noua aquæ dispensatio instituta est, ita, vt cuius quoque biduo duo eius canthari porrigerentur.

APRILIS.
Aqua dis-
tribucenda
ordo.

Die 8. per Pharmacopœum & Chirurgo mandato Generalis ægrorum lustratio facta est: qua quinque ex scorbuto admodum languidi, ex morbis verò aliis quatuor infirmi reperti sunt. Circa vesperam ventus Fauonius spirare cæpit.

Die 9. cum ventus idem incumberet, eius ope cursum pertextentes, circa meridiem altitudinem 29. grad. & 23. minut. habuerunt. Ibidem etiam Acum magneticam integri gradus mensura in occasum æstiuum deflexisse notarunt.

Die 12. priore vento cessante, vulturnus spirare cæpit: vbi circa meridiem altitudinem grad. 50. & 24. minut. occuparunt.

Die 18. ventus iterum Fauonius surrexit: quo cum in occasum æstiuum iterum peruaderent, altitudinem 31. grad. 20. minut. adepti sunt. Hoc die primus in naue Vice-Prætoriae mortuus est.

Hollandi
scorbuto
multi ob-
eunt.

Die 26. Vulturnus admodum placidus continuauit. Vbi cum grad. 25. & 8. minut. altitudine pergerent, intra medium boream & ortum cursum suum dirigere coacti sunt, modò Insulam *S. Helena* tenere vellent. Nam & tum temporis venti plerumque inidonei spirabant, & in nauibus morbi ita inualescebant, vt quotidie ferè terni quaternive occumberent: ad quos visitandos, Generalis indies naues omnes adibat, & quod poterat, infelicitatem ægrorum ex temporaneo solatio leniebat.

MAIUS.

Calend. Maii aquilone incumbente, altitudinem 23. grad. & 26. minut. numerauerunt. Circa meridiem, cum Eurus faret, die 4. grad. 21. & minut. 25. habuerunt.

Die 5. Generalis Vice-Admirantem ac Capitaneos, nauiumq; præfectos ad se vocatos, impendio admonuit, vt ad *Insulam S. Helena* attingendam operam diligentissimam nauarent. Cum verò *Legatus Generalis* cum suis Gubernatoribus nauisque, Insulam eam versus Caurum ac Aquilonem ante se sitam affirmarent, & ad ipsam adeundam Argeste vehente opus esse prætenderent: cæteris de hoc sententia alia placuit, Insulam nimirum eam in latere Euroaquilonari à se distare.

Disceptatio
amittitur
Insula.

Itaque cum tum temporis ventus Orientalis spiraret, decretum est, vt eius opera vela rectè ad Insulam flecterentur, & postero die, nisi ventus mutaretur, in Septentrionem cursus torqueretur, vt hoc nimirum pacto desideratissima pridem meta teneri ac occupari posset. His publico omniù voto ita decretis, discessione facta, singuli ad suas operas & munia redierunt, fore sperantes, vt breui tempore *S. Helene* Insulam attingerent.

Die 8. Vice-Almirans cum Capitaneis cæteris exactius disquisiuit & trutinavit, an cum hoc vehente Euro Insulam adiri possibile esset. Vniuersis itaque mappis diligenter inspectis, se Insulam viciniam esse, cognouerunt. Cursum ergo antiquum vrgentes, gradus 17. habuerunt.

Die 9. altitudo grad. 16. & minut. 8. erat. A Meridie *Capitaneus Huydecooper* disploso tormentorum nauibus cæteris dedit, arbitratus scilicet, se à læua Insulam conspicuum esse. Et cæteri quidem vniuersi etiam eiusdem cum eo sententiæ erant, visam *Insulam S. Helena* esse, quod viderent, terræ angulum Insulam sua prominentia ita occultere, vt exacte internosci non possent. Hoc cum Vice-Admiranti indicaretur: is ad Generalem se conferens, rectè se pridem de Insula statu iudicasse attestatus est, dicens terram aliam ibi nullam finitimam esse, & *S. Helena* longius à se versus

versus occidentem iacere. Cui etiam Generalis iam non amplius refragari poterat, vt qui præ cæteris omnibus huic vni velut rerum maritimarum peritissimo, fidei plurimum stipularetur. Decreto ergò nouo illico statutum est, vt circa vesperam naues versus occasum agerentur. Ratum enim erat, S. Helenam sub grad. 16^{to}. sitam esse. Vt ergò duce Vice-Admirantem naues omnes sedulo sequerentur, Generalis seriò mandauit. Circa vesperam tormentis signo dato, nauibus versus occasum procurrere cepit, vento vehente Euro duce suum vniuersis sequentibus.

Vice Admirans rerum maritimarum peritissimus.

Die 11. Proxum Classis cum Capitaneis, Gubernatoribusq; ac nauitis aliis ad Generalē conueniunt, vt de necessariis exactius deliberarent. Dum ergò deliberationibus seriis intentè vacarent, se longè infra S. Helenam iam actos esse, animaduertunt. Ita, vt eius tenendæ spem iam nullam reliquam habent. Quicquid enim tum ex mappis, tum Vice-Admirantis relatione antea rarum erat, id nunc vniuersum fefellisse, liquidò apparebat, id ipsum indignantibus quoque vniuersis Gubernatoribus, qui vice iam tertia Vice-Admirantis sententiam sequi coacti sunt. Denouo ergò iam iterum votis & suffragiis collectis, proximū visum est, vt versus Insulam Martin Vaaz siue Ascensionis, aut quamcumque aliam finitimam diuerteretur. Quarum, si quidem nulla obtineri posset, statuerūt, recta terram Brasiliae incurrere. Nam adita terra idè cum primis opus erat, quod in nauibus ægrifubinde magno numero aufererent. Hoc ergò instituto, recens firmato, circa vesperam bonis auspicijs ventis vela de nouo data sunt.

Classis à S. Helena aberrauit.

Die 21. paulò ante meridiem terram quandam versus medium austrum occasumque ante se sitamprehenderunt. Ad quam velis directis contenderunt, ibidem suos ægros commodius refecturi. Nam cum ab initio regionem visam, Insulam Martin Vaaz esse per sua sum haberent: in portu eius, non admodum idoneo anchoris naues defixerunt. Capitaneus verò Petrus Esaius binis cū scaphis, & aliquam multis militibus remis versus Insulam impellens, vbi propter æstuantis Oceani vim nullibi in terram egredi commodè posset, tandem tamen post diurnos grauesque nisus aditum quempiam nactus est. Qui tamen & ipse longius nõ ducebat, quod saxis ac rupibus densissimis obiectis viæ omnes inaccessæ & impeditæ rigerent. Frustrà ergò egressu quæsito, ad naues redeundum fuit. Quod priusquam faceret, scaphis obiter Insulam ambiuit, viditque, pro ægris illic nec commodum satis locum, nec fructus refectorios vllos reperiri licere.

Dieta hæc Insula sub grad. 20^{to}. versus lineæ partem australem sita est. In hac tamè hoc commodi acceperunt, quod numerosam voluctum, ab ipsis Malle Menwen dictarum copiam reperirent. Hæ enim mansuetissimæ tanto numero ibi degunt, vt fistibus volantium earum multi greges cædi possint. Classis autem iuxta Insulæ plagam australem 30. pass. anchoris confederat. Cum ergo propter faxofa præcipitia Insulam hanc omnino inaccessam esse viderent, diutius frustra nea obteri inconsultum rati sunt. Non defuerunt tamen, qui putarent, moram ibi adhuc vsq; ad diei sequentis auroram trahendâ esse, an forsan noua eaque diligentiore peruestigatione ascensus aliquis in Insulam inueniri posset. Postero die Generalis ad Vice-Admirantem pergens, re deliberata statuit, vt hoc deserto portu in Insulam Ascensionis vela fierent. Hanc Vice-Admirantis fibi apprimè notam, ac sub grad. vigesimo versus occasum ulterius sitam esse, afferebat. Stante hac sententia, manè leuatis anchoris inde naues emouerunt, intra boream ac occidentem cursum molientes. Nam ad hunc tenendum ventus Orientalis non in idoneus perspirabat.

Malle Menwen aues, fistibus & manibus capta.

Classis ad Ascensionem pergit.

Sub diei 30. auroram, cum ventus ab Euro iugiter duraret, circa meridiem altitudinem 20. grad. & minut. toridem habuerunt. Ibi rursus terra quædam ipsis in conspectum data est. Quam cum primo Ascensionis Insulam esse arbitrarentur: propius ei ad moti continentem Brasiliae, à qua 80. milliarium se interuallo adhuc abesse censebant, esse viderunt.

Calend. Iun. anchoras suas in loco quodam, Rio Dolce vocato, pass. 20. miserunt. Inde ergò, cum Generalis aliquot viros emisisset, qui terræ conditionem, & rerum parabilium rationem explorarent: à Lusitanis, qui magno numero eos aditu prohibebant, repulsi, recta iidem ad naues recurrerunt. Generalis itaque cognitare, ac in deliberationem vocata, statuit, vt à meridie illicò inde rursus solueretur. Quo factò, cursum suum versus hybernum solstitium impenderunt, fore sperantes, vt tandem alicubi locum, reficiendis ac curandis infirmis idoneum offenderent.

Die 2. circa auroram malacia summa glifcente Insulam se quandam terræ vicinam conspiciere arbitrati sunt. Ad quam propius spectandam cum binis scaphis Generalis sanorum partem magnam emisisset: à reuersis S. Clarae Insulam eam esse cognouit. Itaque nauibus recto cursu versus eam impulit. Quam cum circa vesperam attigissent, Vice-Admirans cum Concordia in Insulæ lato australe confedit: Generalis verò, cum Spe sua partem borealem obsedit. Vbi, cum fundus vadi non vltra vndecim aut duodecim pedes altus esset, nauis eius in illum incubuit, ita, vt integrarum quatuor horarum spatio ex eo se emoliri non posset. Quod certè sine euidenti periculo factum minimè fuisset, si vel leuis oborta tempestas, mare conturbasset. Magno ergò sudore, ac singulari Dei benedictione se tandem inde citra omne periculum eruerunt. Hæ postea coniunctæ, vna pass. 6. in loco idoneo confederunt.

S. Clarae Insula.

Admirans in nauis fundo incubuit.

Die 3. Generalis cum Capitaneis, duabus scaphis in Insulam contendit, visum ac dispectū, num qua commoditate in eam ascendere posset. Sed omnis Insulæ ambitus grandibus saxis scopulisque rigebat, & vix ad dimensum diurnum vnda suppetebat, ex quadam diductione montis profuens. Nihilominus tamē Generalis iussu infirmi omnes in terram exportati sunt, quos scorbuti vis plerisque mirè ac miserè lancinabat. Nonnulli vt in suis thalamis iacebant, funibus extrahendi erant, quod se loco mouere præ summa infirmitate non possent. Haud pauci, quam primum terram attigerunt, diem obierunt. Hoc rerum statu vigente, pro ægrotis casulas ac rugiola extruebant, sanis in excubias pro infirmorum tutela dispositis. Quo fiebat, vt nocte, vltra 7. vel 8. in vna qualibet naue non relinquerentur.

*Egri in S. Clara ex-
portantur.*



Hac in *S. Clara Insula* præter palmites, & herbas virides, quas vel coctas, vel crudas esitabant, nihil parabile erat. Quamquam & duæ arbores ibidem inuentæ sunt, acida pruna ferentes, quæ gustatæ ægros non parum resciebāt, ad eò, vt frequentiore illorum vsu, diuina annuente ope ac gratia, mirabiliter sanescerent, ac ex morbis diuturnis eluctarentur. In hac Insula cum dies 15. exegissent, ægri ferè omnes illa mora conualuerunt, præter quinque, qui morborum diuturnitate supra modum attriti & enecti fuerant. Nam hi nulla medela opitulante, vitam in Insula exuerunt. Totius huius Insulæ ambitus milliariis vnus spatium non excedit: qua meta quoque à continente, in qua plurimi obuersari homines visi sunt, distabat. *Lusitani* siquidem illis locis vniversis imperitant, ac regionum illarum soli moderatores sunt, cum *Indis*, quorum imperium affectant, perpetuis bellis ac velitationibus concernentes.

*Egri ex v-
su prunorū
acidorū sa-
nescunt.*

Die 18. Generalis populum omnem, sanos simul ac ægros, ad naues recolligi iussit, eodem adhuc die motis inde castris expeditè soluturus. Sed cū derepentè tempestas aduersa incumberet, vno die morari ibi coacti, bonis vniversis *Concordiam* interim omninò exonerauerunt, & tum tormenta, tum annonam, tum mercès ac alia similia in naues ceteras diuisim extulerunt. Istam siquidem nauem, quod vt diximus, admodum laxa & rimosa esset, longius proferri minimè licebat.

Dum

Dum verò in dicta Infula agerent, Generalis decreto Senatus bellici, quendam *Iohannem Nicolai* in Vice-Admirantis nauis tormentis Præfectum, vt & alium *Gerardum Willelmi*, Concordiæ armamentarium propter multa facinora & inceptas nefarias conspirationes ad expositionem damnauit. Sed & tertius, Gerardus Adrians Vlissingensis, qui paulò ante quendam Gubernatorem, *Willem Ghysen* cultro confoderat, hoc pœnæ genere affectus est, vt manus eius dextra, transfadendo cultro ad malum defigeretur, quem faucia manu ipsemet extrahere cogebatur.

Quidam in S. Clara puniuntur.

Die 21. Concordia subdito igne cremata, tribus superstitibus nauibus in latere Insulæ australi iterum soluerunt, & pertexendi itineris causâ vela ad *S. Sebastiani* Insulam verterunt, vt in hac aquam necessariani inuafarent. Dicta autem *S. Clara* Insula sub grad. 21. & 15. minut. à linea versus austrum sita est.

Concordia nauis exurit.

Die 30. intra *S. Sebastiani Insulam* ac continentem portum illum ingressi sunt, quem antea quoque tenerant. Diligentibus ergò contra insperatos insultus excubiis habitis, quantum aquæ necessarium erat, hauriebant. Pro ægrotis verò, quorum nonnullos secum adhuc habebant, præter pisces nihil ibi promptum erat.

Die 9. Iulii, exonerato tormento, Generalis vniuersis ad naues redeundi signum dedit. Quo facto, attractis anchoris, ex latere boreali ab Infula secesserunt. Antequam verò portum egredi possent, propter aëris summam tranquillitatem magno labore ac molimine opus erat. Ex quo tandem eluctati, triduo integro post, apud *Palmitum Insulas* obhærescere coacti sunt, quod glificente malacia cursus proferri minimè posset. Ea tamen mora palmites ex dicta Infula copia iusta colligebantur.

IVLIUS.

Die 16. Generalis cum Senatu bellico re deliberata, ad Insulam *Porto Desiere* sub gradu 37 $\frac{1}{2}$. itam diuertere decreuit, vt ex ea naues rebus necessariis omnibus commodius instrueretur: statutumque est, vt si naues fors à se inuicem disgregarentur, in eodem loco iterum conuenirent, & abentes expectarent. Itaque *Palmitum Insula* delerta cursum suum versus austrum agentes, intra Insulam *S. Sebastiani*, & *Porto Desiere*, id est, Portum Desideratum, Africo notoquæ admodum aduerso impetiti sunt, ita vt propter procellas & tempestates violentiores in obtinenda meta non parum retardarentur.

Calend. Augusti, Libonoto vsque adeo concitato ac importuno infestabantur, vt contrahi vela omninò opus esset. Aliquando ergò sine velis nudo ventorum arbitrio fluctuantes, iuxta *Rio de Plata* altitudinem 35. graduum artigerunt. Hac ventorum vi perdurante, cum velis nullis vsque ad 10. Augusti. vti possent, tandem lapyge commodiore perlante, cursum statutum, innouarunt. Sed hæc comoditas diu non vigeat. Nam die illicò 15. de nouo Aparctia tam furibundo iactari cæperunt, vt sine velis iterum nauigare cogentur; quæ quidem aduersitas, vsque ad 18. Augusti continuabat, quo aër tranquillior & pacatior redditus est. Hic sub grad. 73. in lineæ parte australi erat.

AVGVSTVS.

Die 26. Aparctia importuno iterum concussi sunt, adeò, vt vi eius celocem dispulsam manè desiderarent. Quæ cum ad naues postero die rediisset, iunctim sine velorum ope, ventorum impetum sequentes, die 29. vulturum commodiorem adepti sunt, postquam gradum 41. iam exsuperassent.

Die 30. cum iterum procellis concussi sine velis iactarentur, altitudinem grad. 42. tenuerunt.

Die 3. Septemb. Libonoto in principio spirante, paulò post Cæcias incubuit.

SEPTEMBERIS.

Die 16. cum sub grad. 45. & minut. 15. agerent, missâ bolide profunditatem pass. 60. inuenerunt. Boreali autem aura flante cursum in Meridiem impulerunt.

Die 19. bolide iactata profunditas 38. pass. inuenta est. Vbi ante se intra austrum ad occasum terram quandam longo tractu exportectam, conspicati, ad eam duobus ferè milliariibus properarunt. Ad quam propius appellentes, eam humilem pressamq; inuenerunt, Anglicanæ oræ nò absumilem, arboribus carentem, & propter aditus commodos transmissioni non inidoneam. Circa meridiem altitudinem 47. grad. habuerunt. Circa vespërâ, cum ad duos scopulos peruenissent: quidam Gubernatorum *Barentgen* vocatus, *Portum Desiere* in finibus illis situm esse, testatus est: quod se tum temporis obseruasse dicebat, quando cum Domino *Thoma Candisch* eodè loco transmisisset. Ibidem ergò anchoras mittere visum est commodum. Cum verò fluctuum vis valdè illic fremeret, & venti incumberent vnâ validissimâ, anchoram ibidem vnâ cum fune perdiderunt. Ab eo Generalis scapham emisit, quæ certius percontaretur, an hæc terra ipsa reuera Portus Desierii esset. Quæ properè reuersa, vadum saltem ibi quoddam post duos scopulos esse retulit.

Anchora perit.

Sub diei 20. auroram, resumptis anchoris, institutum in Portum Desideratum cursum cõtinuarunt: cuius sinum circa Meridiem affecuti sunt. Ad cuius boreale latus cum aliquot paræ insulæ eminerent, eis obiter circumnavigatis, à parte australi portum eius rectâ incurrerunt. Quem vbi vix ingressi essent, defubito venti vis tam valida ac impetuosa incubuit, vt in littoris australis proiecturâ nolentes volentes adigerentur. Anchoris ergò 12. pass. demissis naues ex tẽpore figere


coacti sunt. Et licet puppes nauium iam quidem vallo tam propinquè imminerent, vt illidendum earum metus non leuis esset: singulari tamen Dei opè ac auxilio citra damnum se inde rursus expediuerunt. Vice-Admirans quidem cum celo sua, in penitiorè portu agens, tota nocte furentibus procellis iactatus est. Sed, quocunq; nifu poterat, vim omnem declinauit. Eo fere loco fluuius se quidam limpida in sinum duorum passuum profunditate exonerat. Cæterum, ipse portus sub grad. 47. min. 40. in lineæ australi facie situs est. Generalis, etsi nonnullis militibus stipatus distinctis vicibus in terram egredere tur, homines tamen nullos inuenit. Tumulos tamen aliquot, quibus suos mortuos condiderant Insulani, reperit. Hi ex congestis multis lapidibus, pigmentis rubeis tinctis constabant. Iuxta quos quæ pilæ erectæ visabantur, pennis plumisque ac rebus aliis ornata erant.

Tumulû re-
perti.

Pinguina
& pisces
marini.

Pinguina-
rum auium
inexhaus-
tus prouen-
tus.

Die 25. Generalis duas maiores scaphas ad Insulam quandam in austru parte à portu tribus circiter miliaribus absitam emisit. Nam ab illis, qui olim cum *Thoma Candiſch* ibidem egerant, locum eum *Pinguinis* refertissimum esse intellexerat. Harum ergo volucrum, vt & piscium (*Robben* vocant) tantam inde copiam adduxerunt, vt instruendis nauibus ferè satis essent. Volucres istæ ad volatum ineptiores, duas exiles alas, expansis pellibus similes ostendunt. Anseris magnitudine sunt, & victum ex Oceano quærunt. Harum multas myriades in terra prehendere licet, tum cum primis quando ouis incubant excludendis. Ad hanc Insulam aliquoties venatum egressi, istarum auium vltra 5000. cum ouorum inæstimabili numero aduexerunt, magna certè ægrorum refectione & gaudio. Die 29. paulò penitius in portum secessum est, vt naues in loco tutiore starent. Cum verò duorum miliarium spatio longius ingressi essent, iuxta insulam quandam, quam *Conings*, id est, Regiam, appellabant, anchoras miserunt, quod ibi tum fundus commodus esset, & fluctuum vis ignauius sæuieret. Tandem verò naues omninò in aridum exegerunt, ita, vt foris circa eas obambulare liceret. Quod commodum nausti, easdem probè expurgarunt, à fordibus. Generalis quoque ibidem in continente fabricam ferrariam extrui curauit, vt commodius, quæ ne-



cessaria erant, ibi excudi possent. Quæ, ne ab Indis non destrueretur, continuis excubiis probè seruata est. Hoc ergò loco non tantum se plenissimè refecerunt, sed & naues vniuersas rebus necessariis vberimè instruxerunt.

Die 5. Octobr. Generalis, binis scaphis, armatis militibus probè munitis per aduersum fluuium ascendit eo vsque, vt propter defluam Oceani vndam in arido relinqueretur. Cum nonnullis itaque sociis in terram egressus longius, præter tumulos, quosdam prioribus similes, nihil offendit. In quorum vno cum furre & dos duos ferreos contos inuenissent focii, eosdem secum ad naues retulerunt. Ipsa alioquin terra plana ac vasta erat, nullis arboribus conspicua. In ea feras quasdam, ceruis ac bubalis similes, vt & ingentem Struthiocamelorum, admodum tamen ferorum numerum viderunt. In nido quodam 19. oua repererunt: quæ à matre profuga relicta, secù asportarunt.

OCTOB.

Struthio-
camelorum
capia.

Eodem die Capitaneus nauis *Spei*, *Iacob Ians Huydecooper*, scòrbuto confectus obiit, quo longo admodum tempore miserè lancinatus fuerat. Quem ob id Generalis in terra illa, consueta pompa ac ceremoniis ordinariis sepeliri curauit. Funus eius nauè ferè vniuersi sequebantur. Sed & tabulam quandam æneam, & nomen & diem obitus eius continentem, è tumulo eius Generalis suffixit: in cuius extremum honorem vniuersa etiam tormenta exonerata sunt.

Iacob Ians
Huydecoo-
per Capita-
neus obiit.

Die 9. in locum eius *Petrus Esaias de Lint*, qui prius *Concordiæ* præfectus fuerat, surrogatus est: propter quam mutationem ipsa quoque naus *Concordiæ* nouum nomen accepit.

Nauium
nomina
mutantur.

Die 20. quosdam in Insulæ parte boreali homines oberrantes viderunt. Generalis itaq; cum 25. viris armatis duabus scaphis ad eos compellendos egressus est. Quinque verò ex istis sociis apud scaphas reliquit, cum mandato serio, ne pedem ex illis effertent, sed in arido pro saluta omnium diligenter scaphas continerent. Generalis autem cum cæteris vnus ac alterius milliariis spatio penitus in terram pertendens, homines inuenire nullos potuit. Cæteri verò, qui pro tutela nauium relicti erant, contra expressum edictum in terram se contulerunt, vt frigus, quo premebantur, motu & exercitatione corporis mitigarent. Hi ex improviso ab hominibus feris, qui se in insidiis occultarant, gregatim emissis telis vsque adeo obruti & infestati sunt, vt tres ipsorum in momento cæsi caderent, quartus verò vulnus in pede acciperet. Quo viso, qui superstitis adhuc erant, in scapham properè insilientes, eâ profugerunt. Interim Generalis ad littus reuersus, cum scapharum alteram absentem, alteram in sicco solutam videret, de rerum statu admodum sollicitus fieri cæpit. Nihilominus tamen relictam scapham ad terram extrahi mandans, cum nullos vsquam homines (nam Barbari designata cæde profugerant) offenderet, ad naues haud cunctanter rediit. Vbi ab iis, qui fuga se saluarant, indicium accepit, quod à 30. feris hominibus violenter inuasi fuissent: quorum proceritas admiranda extitisset. His crines longe à capite demissi propèdebant, & facies coloribus fucata viscebantur, aspectu certè horridæ admodum ac truculentæ. Cætero corpore fusco erant. Arcus eorum exiles erant, ex quibus spicula, tritis ac læuigatis ex axo mucronibus præpilata eiacularantur. Hæc denso agmine in *Hollandos* vibrarant. Qui cum à Chirurgis inspicerentur, eorum interanea omnia, vt cor, hepatis, pulmonesque, oblasa visa sunt.

Hollandi
aliquot à
Barbaris
caduntur.Arcus ac
tela Indo-
rum.
Gillis Ma-
risal obiit.

Die 24. *Gillis Marisal* Vice-Almirantis Subpræfectus insolito quodam ac præcipiti morbo extinctus est.

Die 29. omnes sese ad iter proferendum accinxerunt, postquam *Pinguinis* & piscibus marinis, quorum maximum numerum sale condierant naues omnes probe instrukturæ essent. Mane itaque circa horam octauam leuatis anchoris, Cæcia vehente versus ortum contenderunt, dum commodam Oceani altitudinem attingerent. Vadum hoc seu portus egressum ingressumq; facile ac tutum præbet. In cuius tamen introitu medio duo cæci scopuli latent, aqua auctiore minime conspicui. Hos *Hollandi* in parte boreali reliquerant. Sed & in latere australi breuia aliquot eminentiora versus ortum & austrum medium exporriguntur. Cæterùm hunc portum egressi, versus solstitium brumale tantisper declinauerunt, dum *Pinguinas* Insulas exuperassent. A quibus porrò cursum intra Occidentem austrumque continuantes, circa vesperam procellis australibus vehementissimis concuti cæperunt, ita vt receptis & constrictis velis opus esset.

Die 30. cum adhuc sine velis fererentur, circa meridiem altitudinem 48. grad. 15. minut. habuerunt. Vespere Cæcia vehente freti, cursum suum quam maximè poterant, continuauerunt.

NOVEM-
BRIS.

Die 4. Nouemb. sub auroram, quatuor milliarium interuallo à terra illa, quæ ad Caput *Virgineum* vsque pertenditur, aberant. Hæc humilis ac plana, candore suo oram Anglicanam mentitur. Hinc ergo versus *Fretum Magellanicum* vela facientes, circa meridiem grad. 51. & 45. minuti altitudinem nacti sunt. Circa vesperam iuxta Caput *Virgineum* transmittabant, terram candidam, editamque & littori *Doverensi* non multum dissimilem. Illic ergo à Capite dimidii milliariis interstitio pass. 10. anchoris confidebant. Ab hoc Cabo *Virgineo* humilis quædam terra versus Occidentem & austrum duobus ferè milliariis excurrit. Ipsum verò Caput sub grad. 52. & min. 40. situm est. In hoc naues anchoris firmatæ noctu requieuerunt.

Hollandi
Caput Vir-
gineum
tenent.

Die 5. sub auroram boream cum tempestate non incommoda adepti sunt. Interim Celox, quæ propter fundi asperitatem anchoram perdiderat, à cæteris nauibus aliquanto longius abacta est.

Sub horam 6. diei 6. animo *Fretum Magellanicum* adeundi, iter rursus ingressi sunt. Nam, ad hoc tenendum iam dum 14. mensibus integris defudarant, ex comitatu suo centenis ferè viris delideratis.

Quot mens-
ses Hollan-
di ante ad-
itum freti
destruere-
runt.

A prædicto *Capite Virgineo* terra versus austri occasusque medium excurrit. Sed cum iam freti fauces adirent, recta in opposito terram *Fuego* dictam conspicati sunt, Vice-Admirante perpetuo cum celoce sua vias prætentante, ac quasi prælibante. Qui ramen, cum hinc derepentè ad Caput Virgineum recurreret, Generalis, quid isto reditu quæreret, admodum miratus est. Cæteris verò nauibus interim ferè milliarium spatio pergentibus, ventus subito aduersus in-
fremuit, vt anchoras iacere vniuersæ cogerentur. Paulatim tamen Africus ac Libonotus mix-
tum tanto imperu inualecebant, vt vix vtrisque anchoris naues firmari satis commodè possent.

Hollandi
fretum Ma-
gellanicum
attingunt.

Die 8. sub auroram Zephyro turbido incumbente, aduersis tempestatibus vel dum percutiebantur. Circa meridiem, cum aer pacatior euasisset, Generalis ad Vice-Admirantem scapham emisit, quæ facti recursum in diuum certum referret. Quæ dum in reditu esset, oborta tempestate ad celocem violenter repulsa est. Dum ergo ea nocte iuxta celocem maneret, ventis violenter vnde cunquæ incumbentibus subuersa ac submersa ipsa periit.

Scapha
mergitur.

Procella
maximè in
fretis.
Dua an-
chora per-
eunt.

Die 9. procellæ nihil remiserant, sed multo violentius subinde spirare perrexerant. Et cum naues binis anchoris firmatæ starent, accidit, vt violento ventorum insultu fune rupto, altera anchora periret. Cum ergò iam vnica anchora tenendæ naui minimè sufficeret, eademque expeditius attolli non posset: coacti sunt funes abrumperè, vt hoc compedio tutiores se præstarent. Maxima ergo festinatione vela adornabant, quorum beneficio, humilem Capitis Virginei sinum obire possent. Mira tamen Dei ope ex freti faucibus, quas iam incurrerant, iterum eduacti & eruti sunt, vt ad nauem Vice-Admirantis sese conferre possent. Vbi cum anchoras suas misissent, diutius tamen immorari minimè potuerunt, sed illis iterum attractis intra vallum humile pressumque quoddam decem passibus confederunt: ex quo loco circa vesperam se rursus extulerunt, & commodiore situ anchoris naues crediderunt.

Die 10. Generalis excussio tormento, & vexillo proposito Vice-Admiranti signum dedit, vt adueniret. Nam scapham suam Generalis perdiderat. Quo animaduerso, Vice-Admirans ad Generalem scapham cum naura suo misit. Cui reuertenti Generalis ad Vice-Admirantem perferendas literas dedit, quibus ad colloquium ipsum vocabat, indicabatque, quod propter factum dispendium, vna anchora cum fune maximè opus haberet.

Generalis
repulsam
patitur.

Vice-Admi-
rantis am-
bitio ac fa-
stus.

Hollandi
denuò fre-
tum adeunt,
sed frustra.

Die 11. Generalis secundas ad Vice-Admirantem literas emisit, quibus ea damna querebatur, quæ tum anchoris, tum funibus perditis perpeffus esset, rogabatque Vice-Admirantem, vt nouis sibi mutuo datis haud grauitè succurrere vellet. Cui cum Vice-Admirans respondisset, se id præstare nec velle nec posse, iactassetque, sibi quam Generali non minus potestatis concessum esse: admodum indignabundus Generalis litteras has in tempus commodius & opportunius diligenter asseruauit.

Die 13. circa diluculi horam 3. vento Cauro perflante, Generalis continuandi itineris signum dedit. Tribus ergo nauibus ad freti ostia iterum perrextum est. Priore vespera quidem celox iam egressa erat, ad anchoram Generalis requirendam & recuperandam. Nam illi præter duas anchoras, & funes 100. circiter orgyas longas, nihil amplius reliquum erat, quorum solatio fretum, incurrere posset. Sed in inueniendo non solum omnia opera perditæ, sed etiam iam fretum quattro milliariis ingressos procellarum tanta vis adorta est, vt reuerti omnino, & ad Caput Virgineum, vnde haud pridem soluerant, redire cogerentur. Is enim portus contra hos impetus turissimus erat. In quo dum morarentur, procellarum, imbrium, grandinù, niuis ac ventorum nullus finis factus est.

Celox vlti-
mam an-
choram
perdit.

Die 15. Celox, *Concordia* vocata, postremam anchoram suam perdidit, vt iam ad nauis stabilimen nulla superesset. Tribus ergo continuis diebus solis velis prorsum vorsum acta, terræ *Fuego* tandem successit, Capitaneo *Petro Esaiâ* insuper ex scorbuto admodum infirmo.

Die 18. celox seu *Liburnica* ad naues cæteras rediit, quæ tum à Vice-Admirante anchoram vnam pro casibus necessariis accepit. Ibidem, qui è Generalis nauis pridem ad Vice-Admirantem emissi sunt, ad suas naues redierunt. Hoc tempore ventus Libonotus perflabat.

Hollandi
tertio freti
frustra ad-
eunt.

Die 21. circa meridiem Aquilo spirare cæpit. Festinò ergo attractis anchoris, tertia vice aditum freti tentarunt. Sed cum ad locum priorem penetrassent iam, Cæcia aduerso non nihil incumbente, obliquare cursum coacti sunt. Quæ dum fierent, malus anterior tanto fragore crepuit, vt parum abesset, quin in tres partes disfiliret. Sic ergo iterum ad Caput Virgineum in stationem priorem recurrendum fuit.

Sub diei 22. medium ventus iterum aquilonaris spirare cepit. Itaque Vice-Admirans, qui sesquimilliaris intervallo australius in terræ humilis medio à cæteris nauibus aberat, viæ tentandæ de nouo se primum accinxit. Interim & reliquæ naues, cum lacerus malus vtcunque resaratus esset, vice quarta iunctim fauces freti ingressæ sunt. Quas cum aliquantisper exuperassent, solitus ventus aduersus iterum incubuit, & naues impetiuit. Attramen, quod cæteroquin tempestas ac ær non admodum turbidus existeret, obliquando vela tentarunt, an fretum, quod 14. miliaribus à Capite Virgineo, dimidii miliaris amplitudine distaret, penetrare possent. Prætoriam quidem nauis in ipsas fauces freti ingressæ sunt. Sed cum ventum nimis aduersum haberet, cursum præferre longius minimè potuit. In isthmi huius parte australi virum quendam pallio siue tunica vestitum, ac ob id Christianum creditum, ad se properare ocyus peruiderunt. Sed cum Generalis ipsius in occursum scapham emisisset, eum hominem ferum, ac tunica seu pelle hirsuta amictum esse, viderunt. Is miros saltus ac tripudia egebat, corporis proceritate mediocritatem non excedente, & faciem pigmentis delibutus. Vt propius accederet inuitatus, abnuic. Præter hunc in ora illa homines plures quoque viderunt, ad quos cum scopos suos sexies exonerassent, primo quidem barbarus iste pedem retrò non retulit, quod, quid id fulmen vellet, nõ intelligeret. Postea tamen consternatior lento gradu sese alio proripuit. Hoc ergo nouo nuncio scapha ad naues rediit, quæ diutius ventorum aduersitate concussæ, ex isthmo iterum eluctari coacti fuerunt. Quem cum enaui gassent, versus oram australem secesserunt, vt in angulo quo dam, terræ australi vicino anchoris desiderent. Ibi, cum fluctuum vis concitatissima fureret, crebra succussatione funis anchorarius adeò incaluit, vt veluti exustus filii ritu creparet & rumperetur. Perdita anchora, in fundum 4. passuum impegerunt. Itaque, vt ad altius mare proueherentur, maxime laboratum est. Celox in boreali plaga longius à terra anchoris incumberebat, vbi fluctuum vis non remnenda gliscibat. Circa vesperam, cum ventorum impetus quiesceret, adeundi freti negotium iterum susceperunt. Circa diei 4. auroram summa æris tranquillitas erat, nisi quod aurula leuissima ex oriente spiraret. Vniuersis itaque adeundi freti spe cursum suum vrgentibus solus Vice-Admirans substitit. Circa horam 8. cum à crepidine boreali non abessent longius, bolide 8. passibus missa, paulò post in breuia impegerunt, in quibus cum trium horarum spatio immorarentur, pendendarum nauium metu haud leuiter procellebantur. Anchora tamen iactatoria tandem magno molimine inde rursus expediuerunt. Vento autem Euro flante, Admirans cum celoce tam diu perrexit, dum vento commodo primas angustias freti quod dimidii miliaris latitudinem non excedit, exuperassent. His transmissis, noua tempestas adeò inualuit, vt ex spumati frequentium vnda totius freti ad alterum vsque isthmum, à priore 11. miliaribus distantem, ac miliarienum cum dimidio latum abesset. Intra has duas angustias versus latus boreale 15. passibus anchoras in bono fundo miserunt, quo loco fluctuum vis pacatior erat.

Die 25. vento Cauro perfante, anchoris attractis vsque ad secundas angustias pertenderunt: vbi cum aliquandiu decem passus profunditate anchoris incubuissent, tandem optato vento eas perpenitus transmiserunt. Ad harum latus australe, Sinus quidam, versus austrum admodum declinans, ac Capite de Nassou dictus, conspiciebatur: à quo duorum miliarium intervallo duæ Insulæ sitæ sunt, in quarum minima nempe boreali, postquam homines quosdam prospexissent, duabus illic scaphis minoribus ad eos remigarunt. Incolæ verò appellentibus, vt propius non accederent, nutibus signisque interdicebant, ac Pinguinas desuper in eos coniciebant. Tandem etiam, cum *Hollandi* cursum non inlherent, in admotos propius eos tela ac spicula vibrabant. Quibus tamen omnibus contemptis, cum *Hollandi* ad eos (quadraginta erant) vi perrumperent, in fugam versi, loca inaccessa & obscura occupauerunt. Hos ergo, dum *Hollandi* rapidius insequerentur, antrum quoddam conspicati sunt, ad quod nec desuper, nec infernè propter præcipitiũ arduum accessus dabatur. Ex hoc indigenæ in *Hollandos* confertim missis iaculis tam animose defulminarunt, vt ex iis quatuor non leuiter sauciarentur. Qua noxa iam irritatiores *Hollandi*, extrema omnia ad hos conficiendos moliri cæperunt. Nec tamen hostibus potiri istis vilo nisi poterant prius, quam viros vniuersim omnes glandium grandine prostrauissent. Antro itaque iam occupato, fœminas ac infantes superstites tanta consternatione vno glomere implicitas viderunt, vt matres supra liberos, ne glandibus perfoderentur, pronæ decumberent & expanderentur. Hac victoria parta, ex numero isto quatuor pueros, & binas puellas secum abducentes, pro præ ad naues reuersi sunt. Ex vno horum, postquam linguam *Hollandicam* addidicisset, postmodum terræ illius conditionem statumque edocti sunt, hoc modo se habentem.

Genus hoc seu familia, *Enoo* dicta, terram incoluit, *Cossin* occupatam. Minoris insulæ nomẽ *Talcke*: maioris verò *Cassemme* erat. Hæ *Pinguinis* refertissimæ sunt: quarum carnes in dignis proferoribus, cibo: pelles verò seu exuvia pro palliis, quibus corpus alioquin nudum integunt, faciunt. Hi incolæ sub terram foueis agunt, quos à firma terra ingresses esse haud temerè quis suspicari posset.

Nam

*Feri Indi
descriptio.*

*Anchora
perit.*

*Fretum
quinto ad-
tur.*

*Fundo in-
cumbunt.*

*Primas fre-
superans.*

*Hollandi
cum fretum per-
trumpunt.*

*Ferorum
cum Hollan-
dis consi-
ditus in fretis
Magellani-
co.*

*Descriptio
ferorum,
& horum
prospici.*



Nam eiusdem habitus alii quoque homines ibidem visi sunt, qui *Pinguinarum* auferendarum causa eò commearé solent. In eadem continenti *Struthiocameli* magno numero inueniuntur, qui capti in cibum inanis veniunt. Hos *Talcke* vocitant. Feræ præterea aliæ quoque ibidem reperiuntur, quas *Coffoni* nuncupant. Gentes hæ secundum promiscuas familias, quarum haud paucæ sunt, cohabitantes, ita, vt singulis familiis singula, eaque discreta loca comperat. Capti enim pueri quatuor aliarum quoque familiarum notitiam habebant: quarum prima *Kemenetes* dicta, locum *Karay*: secunda *Kennekas*, *Karamay*: tertia *Karaike*, *Morinem*, inhabitat. Tres hæ familiæ, corporis stature nobis similem habent, pectore tamen latiore & altiore. Facies suas ac synciput coloribus depingunt. Virorum pudendi extremitas tænia religata erat. Fœminarum verò genitalia pellicula è *Pinguinis* velabat. Capilli viris promissi sunt: fœminis radi solent. Nudi incedunt, solo ex *Pinguinis* confecto pallio corpus medium regentes. Sed & vela huiusmodi ex auibus aliis parant, quæ vocantur *Oripoggre*, vt & *Pinguine Compoggre*. Huiusmodi tunicæ non minore industria cohærebant, quam si à pellionibus consutæ fuissent. Quarta familia *Tirimenen* vocata, *Cois* dictam incolit. Sed hi gigantum more vasto ac procero corpore sunt, pedes 10. vel 11. æquante. Hi aduersus familias cæteras frequentius bellatum egrediuntur, quas probrî loco *Pinguinarum* voratores vocant. Ex quo liquet, eos nullo dubio, victu nobiliore vti. Vt nostra tamen fert opinio, carnibus humanis illi vescuntur.

Die 26. iuxta *Pinguinas* Insulas agentes, volucrum istarum 300. circiter cæperunt. Ad has Insulas priusquam acceditur, intra duas angustias, breuia occurrunt, Insula *Pantagoms* dicta, quæ Insulæ suprâ dictæ minimæ vicina est. Iuxta hanc 6. passibus anchoris incumbebât. Sed cum ad maiorem Insulam peruentum esset, breui à terra spatîo passuum 7. profunditas notata est. Hæc Insula nullis hominibus excolitur, etsi certa quorundam, paulò ante ibidem moratorum, vestigia obseruarentur. A meridie spirante cæcia attractis anchoris, vela ad ciuitatè *Philippi* conuertuntur, vt inde aqua recenti rursus instruerentur. Vice-Admirans autem post ipsos adhuc aberat. Occiduo ergo

Quatuor
familia
Barbarorū.

Vestes ex
*Pinguina-
rum* exu-
itiis.

Feri 11. pe-
des longi,
& haud
dubie Ca-
nibales.

Philippi ci-
uitas in
faucib. Fre-
ti *Magella-
nici*.

duo ergo vento vehente, cursum suum paulò altius versus editior em terram, niue copiosa conspicuam, direxerunt. Sed postquam ventus aduersus incumberet, ad Insulam ipsam redeundum fuit, vbi in parte boreali decem passibus anchoras fundarunt. Nam in eius Insulæ omni ambitu nauium commoda statio erat. Ibi biduo integro, vento Zephyro spirante, sine insigni commodo obhæserunt.

Die 28. hinc soluentes Zephyro perpetuante, ad continentem progressi, in transitu Cetos plurimos viderunt. Sed ad littus boreale tribus ab Insula milliariibus delati, coacti anchoras 11. passibus miserunt: quo loco vniuerso propter fundum sabulosum statio non infida præberetur. Sed hauriendæ aquæ gratia in terram remigantes, fluuium amœnum per terram strepentem inueniunt: cuius tamen exitum prospicere minime poterant. Locus iste, propter frondentium arborum, & frequentium pſittacorum garricium admodum amœnus erat. Quæ de causa eundem *Sinum Estiualem* nominauerunt.

Sub diei 29. auroram, cum tempestas ac aura admodum serena esset, velis passis ad *Portum Famine* procurrerunt, vt ligna & aquam pro suis vſibus inde acquirerent. Terra ista longa eminentia in austrum exporſigitur, adeo, vt eminus *Terra Fuego* cum *Terra Patagonum* vna esse appareat. Nam sese quam proximè contingunt. Ad australis huius prominentiæ faciem borealem, duorum milliariium interuallo vadum seu *Sinus* parentissimus conspicitur: quem cum *ciuitatem Philippi* esse putassent, illuc appellentes decem passibus naues deligarunt. Sed scapha in terram egressi, nulla ferè vsquam vestigia repperunt, quæ de *ciuitate Philippi*, ab *Hispanis* condita, quicquam testarentur. Hæc enim ab *Hispanis*, frigus illius loci diutius non ferentibus, deserta, misera ruina tota vasta videbatur, saxorum congeries potius iam, quam ciuitati similis. Ab eo loco *Fretum Magellanicum* quatuor circiter milliariibus abest. Vtriusque lateris montes eminentissimi ac præruptissimi, tam æstiuo quam hyberno tempore niue copiosa obducti visuntur. Sed & terra eadem dumetis ac arboretis frequentibus dotata, satis lignorum ad nouam scapham fabricandam suppediebat. Cortices arborum his in finibus enatarum, saporis vsque adeò acris & penetrantis sunt, vt non pipere ignauius linguam gustati vellicent ac exurant. In cuius rei fidem fasciculos aliquot istorum corticum secum attulerunt.

*Sinus estiu-
ualis in fre-
to.*

*Philippi ci-
uitas peni-
tus vastata
ac desola-
ta.*

*Cortex a-
cerimus.*

Calend. Decembr. cum ex loco illo copiam aquæ nullam parabilem esse viderent: & præter hoc quoque dubitarent, an verè is *Porto Famine* seu ciuitas *Philippi* esset: boreali vento inde rursus soluentes, fortunam aliam experiri maluerunt. Sed cum vix duorum milliariium spacio prouecti fuissent, aëris summa tranquillitate facta, fluuio cuidam limpido se propinquos esse viderunt. Apud quem anchoris incumbentes, quanto aquæ modo opus erat, nullo impedimèto hauriebant. Ibi dem ex proxima sylua arborum certa copia promi poterat. Quæ causa arborem vnã deiecerunt, vt ex ea trabem infimam scaphæ maioris effingerent. Hæc nox ibidem magna tranquillitate exacta est.

*DECEM-
BRIS.*

Die 2. ventus lapyx perspirauit. Decreuerunt ergo leuatis anchoris circumagendo quære- re, an *ciuitatis Philippi* certa quædam documenta vllibi captare possent. Quam tamen regionem cum iam dum transmisissent, versus austrum directis velis, angulū quendam terræ humilis & prominentis obiuerunt. Hinc terra ad solstitium hybernum porrigitur: quam ambientes, tandem ad prominentiam editissimam appulerunt, *Cabo Frou* æri vocitam. Et hæc est totius australis promontorium *Frou* in freto designatio. Hinc ergo cum ad terram ex parte aquilonari impulissent, vento dubio propè in oram illiusi sunt. Nam locus iste omnis admodum profundus est, ac montes desuper in mare longissimè incumbunt, niuibus perpetuis tecti. Ab eo loco fretum quinque circiter milliariibus abest. Ab hoc angulo terra longo tractu in aquilo: zephyrum porrigitur. Quam cum ambiguo vento obiuissent, quatuor ab eadem milliariibus grandi in sinu 18. pass. anchoras fundarunt. Ibi aquæ prompta copia. Terra quoque herbam profert, nasturtio similem, curando scorbuto admodum idoneam. Arbores longa ibi ferie vsq; ad littora procedebant. Quidam è militibus herbam ibi euulsam gustantes, propè ad furorem & insaniam redacti sunt. Qui tamen affectus paulò post iterum mitiscebatur.

*Herba con-
tra scorbu-
tum.*

*Herba fu-
rorem infe-
rent.*

Eodem statim die ex loco dicto iterum soluerunt, portum commodum & idoneum, in quo scapham condere possent, quæridentes. Sed propter ventum aduersum flantem, milliæ vnũ superare non poterant, sed portum alium patetẽ incurrere coacti sunt. Quo loco dispecto, Generalis cum senatu statuit, eum extruendæ scaphæ satis aptum fore.

Die ergo 9. tignarii cum certa militum armatorum parte emissi sunt, qui tentorium, instituto necessarium, erigerent. Sed & milites in excubias dispositi sunt, qui ab incurſu insulanorum tignarios tutarentur. Ad scapham ergò, cuius trabs inferior 37. pedum longitudine erat, sine mora inchoandam festinatum est. Ac vt operæ maturiores essent, fabricam ferrariam etiam in littore exstruxerunt, Carbores ex lignis ipsi parantes. In scapha conficienda dies 12. insumpti sunt: quo

*Scapha 37.
pedum cõ-
ditur.*

H tempore

tempore ferè semper Fauonius perflabat, nonnunquam ad eò impetuosus, vt sustinendis nauibus anchoræ propè non sufficerent. Sinus enim seu portus iste vndique patebat, ac ventis irruentibus apertus erat. Interim Vice-Admirans adhuc infra fretum agebat. Locum hunc *Hollandi Sinum Oliuerii* vocitarunt.

Sinus Oliuerii.

Die 13. *Henricus Harmensz* in prætoria naui coquus, qui dysenteria diu excarnificatus fuerat, diem obiit.

Henricus Harmensz moritur.

Sub diei 14. auroram, cum ventus ab Oriente spiraret, Vice-Admirans tandem ad cæteras naues magno vniuersorum gaudio rediit.

Nauis, Verhagens societas, videtur.

Sebaldt de Weert in freto agit.

Vide de his nauibus librum proxime antecedentem.

Statutum Hollandorū in casu disiecturum nauium.

Die 15. intra aquilonem ac occasum nauem quandam angulo vicino succedentem conspicati sunt, rati eam ex *Petri Verhagens* societate esse. Itaque Vice-Admirans circa vesperam scapha eò peruasit, vt quæ nauis esset, certius comperiret. Idem postero die reuersus, significauit, nauem eam ante dicti comitatus sociam esse, & *Somnium ex Amstelredamo* dici, ac in ea Capitaneū *Sebaldt de Weert*, qui cum focis in *Oceano australi* pridem hæsisset, vehi. Hic idem, cum altera nauem, quam *Suarte Tem* nauclerus gubernarat, ex *Oceano* in fretum repulsus fuerat, cæteris tribus nauibus cursum suum in *Oceano* continuantibus.

Die 17. Generalis coactò senatu deliberauit, quomodo quaque via iter in *Oceanum australè* profendum esset, cum etiamnum rerum omnium necessariarum copia suppeteret. Omnibus ergo rebus pensitatis ita constitutum est, vt, si qua fors tempestatis iniuria in *Oceano australi* disicerentur, dispulsi ad cæteros in *S. Maria Insula* operientes conuenirent. Hæc Insula à lineæ australi parte ad litora *Chile*, sub grad. 36. sita est. Hac inquam in Insula vt disiectæ naues à cæteris expectarentur, nec ante exactos duos menses quoquam soluerent, iunctis voris ac animis statutum est. His sancitis, Generalis scapha recenti ad nauem *Somnium* pertendit, vt cum Capitaneo de rebus nonnullis colloqueretur.

Portus quibus in freto optimus.

Die 18. anchoris leuatis ex *Oliuerii Sinu*, in Sinum illum vela fecerunt, quem prædicta nauis *Somnium* occuparat. Hic à loco, in quo scapham condiderunt, ternorum circiter miliarium spatium aberat. Illic ergo secundum editam crepidinem quandam, *Caput Galanti* vocatam anchoras firmarunt. Quo in Sinu prædictæ societatis naues quinque hyberna potissimum exegerunt. Portus hic omnium in freto optimus ac tutissimus est: iuxta quem Insulæ aliquot in medio freto conspiciuntur. Præter has ac *Pinguinas* aliæ nullæ in freto vniuerso notæ sunt. Quæ etsi in medio quidem aditu interioribus: secundum eas tamen tuto transiri ac peruadi potest, lignis, ac dulci vnda commodissimas aliàs, & opportunissimas. Conchæ etiam, ac murices his suauiores, *Clipconten* nominatæ, magno numero ibi leguntur. His ac similibus testaceis piscibus, qui maxima indies copia suppeditantur, ipsi maximam hyemis partem exegerant.

Sebaldt de Weert ad Generalis nauem adducitur.

Die 19. Capitaneus *Sebaldt de Weert*, cum Generali, in cuius naue omnes Capitanei ac Officiarii conuenerant, ad classem perrexit. Quem cum de statu præsentis rogassent, significauit, se amplius quinque mensibus in freto obhæsisse, & illa mora suorum plurimos, morbis partim, partim aliis ærumnis confectos sepeliuissè.

Capitaneus iste, qui primò nauem 110. personis instructam eduxerat, iam plures 38. superstites non habebat. Et postquam cum cæteris nauibus ex freto eluctatus esset, in *Oceano australi* procellis tam sæuis ac violentis concussus est, vt cum binis nauibus in fretum recurrere cogeretur: cæteris nauibus, à viris ac rebus aliis necessariis munitioribus in *Oceano* sese sustinentibus, ac mitigatis procellis cursum præsumptum continuantibus. Prædictarum nauium altera ad freti introitum in Sinum quandam admodum profundum & nauibus infidum incurrerat. Quam Capitaneus secutus, cum vidisset, & vitam & nauem ibi præsentem interitum expectare: duabus iam dum anchoris procellarum violentia decussis & perditis, stationem illam ipse ocyus deseruit. Ad quas recuperandas dicebat se scapham suam apud nauem alteram reliquissè: sed ab eo ipsam nòdum vidissè. Hæc, de qua diximus, classis, nec annona necessaria, nec sufficientibus viris ad tam diurnam navigationem conficiendam satis instructa fuerat.

Vice-Admirans solus fretū exiit.

Audaces fortuna iuuat.

Hæc & alia huiusmodi dum Capitaneus ita longa serie in Generalis naue præsentè Vice-Admirante recenseret: Vento australi ac medio Euronoto incumbente, Vice-Admirans nemini vale dicto repenti ad nauem suam properauit: cumque eliso tormento discessionis signum dedisset, iter magna festinatione arripuit. Sed quod ventus breui quoq; remitteret, parum abfuit, quin violentius in crepidines incuteretur. Quod cæteri è nauibus spectantes, sese immotos in statione sua continuerunt. Vice-Admirans tamen nihilo ignauis processit, quod ventus iterum aliquantum adspirare inciperet. Eo aflu *Freti* etiam limites extremos feliciter enauigauit: & gratulationis ergo ter quaterque tormenta exonerauit. Cæteræ verò naues ad posterum vsque diem in statione sua decubuerunt.

Circa diei 20. horam nonam, vento vulturno spirante, discessionis è prætoria signo dato, Generalis,

netalis, cum Liburnica, & *Sebalt de Weert* nauiloco suo soluerunt. Cumque collem terræ promissum obissent, cursum suum intra Occidentem & Aquilonem impulerunt, quod via ea fretum euagaretur. Vento ac tempestate admodum dubia sex horis prouecti, vento mutato, fluctus violento impetu sibi occurrentes excepti sunt, ita, vt in aquilonari latere anchoras iactare omnino cogerentur, & quidem longius à terra, quam vt eius qualicumque tutela frui possent. Biduo ibidem hæsitantes, fluctus admodum incertos perpassi sunt, cum æstus iam continuis horis 12. violentius fremeret, iam horis duabus vel tribus remitteret, & iterum grauius exasperaretur. Ea rerum vicissitudine cum scapha maior damnum accepisset, vt resciceretur in terra educta est. Nam ibi terra admodum amœna, & arboribus pulcherrimis confita videbatur.

Die 22. sub meridie reductis anchoris, cum fluctuum impetu freto exire anni sunt. Sed cum Fauonius aduersus repente incumberet, ad *Caput Mauriti* recurrere coacti sunt. Obliquatis autem velis tamdiu vsi sunt, dum iugum quoddam in parte australi freti situm occuparent. Ibi in partis occidentæ securo sinu iuxta orbicularem paruum Insulam anchoras fecerunt. *Sebalt* autem de *Weert* iugum hoc superare non valens, restes ad *Caput Galanti* ventorum vi depulsus est. Sinum hunc Generalis *Mauriti* nomine initiavit: cuius aditus admodum amplus & patens est, nullo tameno portu insignis præter eum, quem in Insulæ parte Occidentali situm diximus, Insula hæc 20. aut 30. passibus à continente abest: ad quam cum triduo ex cubarent, cochleas ac *Clipcontes* magno numero collegerunt. Idem locus aquam copiosam ministrat. Ventus hoc tempore ferè semper occiduus spirabat.

Sebalt de Weert à sociis dissipatur. Sinus Mauriti.

Die 25. ab iis, quos Generalis percontatum emiserat, nuncio relato, Vice-Admirantem in alio quodam sinu vicino anchoris incumbere: resumptis anchoris vniuersæ naues ad eum certatim vela fecerunt. Quem Sinum cum artigissent, anchoris iactatis haud cunctanter naues stabilierunt. Sed portus is non vsquequaque indus erat. Nam profunditas vndæ passuum 40. inueniebatur, & contra fremetem Zephyrum nullum adminiculum propinquum erat. Vice-Admirans verò cum nonnullis Gubernatoribus, commodiorem portum quæsitum procedens, postquam quatuor milliarium intervallo sinum quendam reperisset, reuersus cum sociis monstrauit. Sed nec hic moræ longiori aptus erat.

Naues iterum iunguntur.

Die 28. in prætoriana naue Senatus omnis bellicus congregatus est: vbi nonnullæ querelæ motæ sunt de nouitatibus importatis, ac Vice-Admirantis, *Jacob Claess*, inobedientia, quæ nihil aliud nisi totalem nauarum seditionem parturiret. Qua causa cognita, statutum est, vt aliquandiu Vice-Admirans in custodia esset, dum causam suam apud senatum diceret, & intentata crimina dilueret. Generalis quidem articulos accusationis suæ singulos scripto exhibuerat: quorum copia vt exhiberetur Vice-Admiranti, eidemque trium septimanarum spatio asserta refutatio imperaretur, senatui visum est. Quod vt præstare posset dexterius, eidem Ianus Franciscus, scriba adiunctus est, qui causæ dicendæ adiutor ac patronus esset. Vice-Admirans autem tantisper in vinculis tenebatur, dum statutum tempus appelleret. Cuius loco & muneri interim Generalis officariū *Lambertum Biesman* surrogauerat, qui vices Admirantis captiui tantisper ageret. Sed & eiusdem nauis Gubernatori *Iacobo Iohannis* amoto *Wilhelmum Ghyse* substituerat.

Vice-Admirans accusatur.

Die 31. cum in sinu eodem adhuc versarentur (quem *sinum Henrici* vocabant) ex Occidentis & Aquilonis plaga tempestatem grauissimam experti sunt, ita vt erutis anchoris versus vallum humilium projicerentur, vbi festinanter anchoras iterum passibus 30. iactarunt. Paulò post vento nonnihil mutato, anchoris emotis ad *sinum Mauriti*, milliari vnus intervallo versus Orientem inde distantem, vela proferre conati sunt: in quo etiam anchoras 12. passuum profunditate miserunt. Cæteræ verò binæ naues ad posterum vsque diem in *Henrici sinu* restiterunt, quo sequentes iuxta prætoriam confederunt.

Sinus Henrici.

Anno 1600. die Ianuar. 2. Generalis cum binis scaphis in *sinum Mauriti* pertendit, visum scilicet, quanta profunditate verteretur. Eum ergo perpetuo tractu versus ortum diffundi, ac in fluctibus diuersis fluminibus auferescere animaduertit: ad quorum etiam ostia, quibus in mare exonerantur, ingentem glaciæ copiam reperit, quæ nostro iudicio nunquã ibi soluitur ac liquatur. Nam fune 10. passuum longitudinem habente demisso, fundus glaciæ attingi minimè potuit, cum tamen iam æstas media vigeret. Hic ergo penetrans scaphis, in fretum, quo loco *Cabo Galanti* obuertitur, iuxta Insulas ibi sitas rediit. Hinc in sinum, vbi *Sebalt de Weert* morabatur, pertedit: apud quem Generalis pernoctauit. Postea minore scapha eodem denuo transitu erupit, ac ad naues feliciter rediit. Maior verò scapha foris per eam metam, qua naues prius contenderant, obiuit. Hac via confecta terram eam admodum lacinosam, ac Insulis cohærentibus plenam esse augurati sunt, etsi propter editos montes, continentis ritu, omnia cohærenter viderentur.

IANVARIVS. An. 1600.

Mira glaciæ densitas.

Cæterum hoc tempore in omnibus nauibus, adhuc 151. maiores minoresque superstites homines numerabantur, inter quos quatuor ex morbis decumbebant. Hisce in finibus morantes

pluuias continuas sustinuerunt, captatum lectumque conchas non nunquam excurrentes. Nam præter has quod captarent, nihil erat.

Capitanei
de Weert
littera solli-
citoria.

A Barbaris
Hollandi
2. cadūt.

Sub diei 8. mediū maior scapha à Capitaneo de Weert ad naues venit, qua tesseraius cum signifero & quatuor aliis aduectus Capitanei litteras Generali insinuauit. His suam ad Generalem inopiam conquestus Capitaneus, orabat, vt duorum mensium panibus sibi haud cunctanter succurreretur. Cogitare enim se semel aditam viam continuare, & ad socios suos prima quauis opportunitate appellere. Generalis autem responso dato, cur eius petitioni obsecundare non posset, causas explicuit: sibi ipsimet longam adhuc exigendam metam prostare indicans. Nam fieri posse facile dicebat, vt diutius durante itinere, nec sibi nec sociis annonæ satis paratum restaret. A meridie scapha maior cum minore celoce, ostrea captata in litus egressa est. Cum verò, qui in minore scapha cursu reliquos anteuertent, in terram excendissent: à feris Indis, qui è dumetis eruperant, duo ex illis in continenti cæsi sunt, & tertius vulnus accepit. Cæteri in scapham resiliens sese saluarunt. Interim dum scapha maiore cæteri, suis armis instructi, appropierant, Barbari in fugam se dantes, cæsos secum abriperunt, haud dubio breui vorandos. Hi pro armis ponderosas clauas, è fune religatas habent, quibus obstantes feriunt. Sed & lignea oblonga tela mittunt: quorum vnū inuentum *Hollandi* secum ad naues attulerunt. Cætorum nomina erant, *Harman de Bitter*, Gubernator, & *Tames de Langenteich*. Cæterum, cum è scapha maiore reliqui in terram egressi fuissent, Indos omnes profugisse magno dolore compererunt. Eadem terra multas arbores habet: sed ad necessaria extruenda non æquè idoneas cū his, quas latus orientale promit.

Sinus Me-
niste.

Die 14. ventus Euronotus spirare cæpit. Itaque conficiendo itineri sese accingentes, ad occidentem duorum ferè milliarium spatio promouerunt, iugo cuidam boreali, *Cabo Boloto* dicto, intendentes. Hinc fretum recta ad occasum ac septentrionem porrigitur, ex quo breui meta in mare prospectus fertur, cum id tamen ab isto loco 20. integris milliaribus adhuc distet. Freti latitudo hac meta duorum milliarium est. Hinc 12. circiter milliaribus exsuperatis ventus ex septentrione occasuque tanto fremitu incubuit, vt ad portum redire omnino cogentur. Circa vesperam sinum quandam exilem attingentes, eundem tribus suis nauibus occuparunt. Quæ tamè statio, propter loci patorem & humilitatem non admodum secunda erat. Itaque ad scopulos cominus ita pellebantur, vt in eisdem manifestè impingerent. Et licet anchoris quidem firmiter sisterentur: propter ventorum tamen violentiam periculo non temendo expositi erant. Sinus hic *Meniste*, à Gubernatore quodam, eius primo inuentore, nuncupabatur.

Hollandi
ab Indis la-
pidibus se-
riuntur.

Postero die in litus egressis, tres *Canda* in occursum data sunt, à feris hominibus actæ ac promotæ. Qui visis *Hollandis* canois illico versus in terram contenderunt, & montem eminentem, infra quem naues suas reliquerant, conscenderunt, vt eas contra *Hollandos* turarentur.

Quibus cum sua tela ac clauas ostendissent, faxis desuper in scaphas fulminarunt, ad sursum emissas *Hollandorum* glandes euitandas, admodum expedit & industriose post faxa occultantes. Cum ergò ex lapidum coniectu nonnulli in capitibus & pectoribus plagas accepissent, nec ad *Canos* penetrare possent: retrò ad naues reditum est.

Die 16. paulò ante meridiem vento vulturno spirante, ex *sinu Meniste* solutum est. Cum circa vesperam sex circiter milliaria confecissent, ventum iterum infestissimum, imbribus confertis permixtum adepti sunt, vt ad *Sinum Meniste* reditus parandus esset.

Sinus anse-
rinus.

Die 17. vento australi spirante, ad signum ab Admirante datum iterum soluentes, sub horam matutinam quintam, *Meniste Sinum* euaserunt. Cumque tribus vel quatuor milliaribus vento bono proferrentur, tranquilla tempestate alias vigente, pluuiæ densissimæ deciderunt. A quibus surgens Cæcias, naues iterum retropulsas portum quærere cœgit. Itaque in sinum alium, *Anserinum* vocatum, à *Meniste* tribus milliaribus distantem diuerterunt. Vbi etsi quidem statio securior videretur, duas tamen anchoras passibus 11. iactauerunt. Eo loco anseres plurimi degunt, ad volatū quidem inepti, sed natandi tamen periti. Ex his glandibus aliquot ferierunt *Hollandi*, & conchas simul necessarias legerunt. Ibi dum agerent, ventis aduersis & pluuiis continuis haud parum infestati fuerunt.

Vice Admi-
rans audi-
tur, & con-
damnatur.

Die 24. Generalis vniuersum senatum ad nauem *Mauritii* conuocauit, vt iudicio Vice-Admirans sisteretur, & causa eius cognosceretur. Qui cum suam causam tueri satis non posset, sed reus in plurimis inueniretur: Collectis senatus suffragiis, vt in terram *Freti Magellanici*, priusquam discederetur, exponeretur, damnatus est. Et sententia hæc publicè coram omnibus lecta & recitata est.

In terram
exponitur.

Die 26. sententiam publicatam Ordinarii executi sunt. Itaq; Vice-Admirans scapha in litus euectus, ac modico pane vinoque donatus, ita illic desertus est. Qui quidem propter loci vastitatem effugere nõ potuit, quin aut fame moreretur, aut à feris deuoraretur ac laceraretur. His confectis, Generalis publicas preces fieri mandauit, quoslibet ex ordine monens, vt ex huius pœna superioribus parere addicerent.

Die 28. vento australi perflante, ex *Anserino sinu* se efferentes eundem breui repetere coacti sunt.

Postea Generalis Capitaneum *Petrum Estiam* Vice-Admirantem constitutum, exposito *Iacobo Claes* furrogauit. *Lambertum* verò *Bieseman* Capitaneum naui *Concordiæ* statuit.

Die 31. ante auroræ exortum vento ex Ortuspirante, leuatis anchoris commodo vento decem circiter milliariis prouecti sunt.

Calend. Febr. vento Cæcia infurgente, ad quærendum sinum alium retroacti sunt. Quem cum ingrediētur, prætoria naui in latentem scopulum impedit, ex quo tamen nullo damno accepto se ocyus iterum expediuit. Itaque in sinu isto anchoris 12. vel 13. passuum profunditate confederunt, statione certè propter littus depressus, & irruentibus ventis nimium expositum, non admodum secura. Hunc sinum *Papisticum* vocitabant. In quo dum hærent, tempestates, procellæque, fulguribus ac tonitribus sæuissimis permixtæ, vñdecunque violentissimæ irruerunt. In sinum hunc, fluuius quidam latus se effundebat, ex quo magnam concharum copiam legere licuit.

Nouus Vice-Admirans creatur.

FEBRUARIVS.

Sinus Papisticus.

Sub auroram diei 6. senatum Generalis ad nauem suam conuocauit, vt de statu præsentis deliberatio fieret. Nam propter crebros aduersos ventos, & magnam ætatis partem elapsam, metus erat, vt è freto eluctari deinceps possent. Quod si ergò fors fieret, vt simul & ventis impeditentur, & ingruente bruma obruerentur, certissimum interitus periculum iam ante fores omninò excubare non immeritò videbatur: cuiusmodi infortunio nauis quoque *Verbagens* concussæ sunt. His ergò ac similibus exquisita lance pensitatis, binis adhuc ibi obhærescere mensibus placuit. Quo tempore si *Fretum* euadere minimè possent: statutum est, retrò ex *Freto* ad *Cabo de Bona Esperança*, & hæc meta porrò in *Indiam* orientalem nauigare, tentatum, an ibi quid commodi ac quæstus fieri posset.

Caput Bona Spei in extremitate Africa.

Die 12. vento priore adhuc durante, & crebris pluuiis aërem obristante, ex sinu hoc egredis, alium quærare commodiorem placuit, modo extremo nisi ex ipso eluctari possent. Rumpendorum siquidem funium ibi periculum impendebat non leue. Quod si fieret, quin in posticum vallum illiderentur, nulla industria vitari posse videbant. Itaque in sinum *Mauritii* incursum, vento tum temporis flante sinum antiquum egredi minimè valebāt. Hoc die prætoria in nauis pictor, *Gerardus de Bonfelay*, qui scorbuti immanitate diu excarnificatus fuerat, diem extremum obiit.

Die 17. prætoria naui, quæ in antica sinus parte morabatur, ad sinum *Mauritii* obtinendum, soluit. Cæteræ verò geminæ naues, egredi nondum poterant. A meridie aëre mariq; tranquillo existente, prætoriam circa vesperam *Sinum Mauritii* attingit, in eo anchoras 18. pass. fundans. Pictor ex scorbuto obiit.

Die 18. Euro perspirante, Generalis ex *Sinu Mauritii* iterum soluturus, cum repente summa tranquillitas rediret, & postea venti aduersi magno impetu surgerēt, ad eundem reuerti coactus est. Cui paulò post cæteræ quoque naues sese adiungebant.

Diei 21. aurora micante, Cauro vehente cursum continuaturi, vela explicuerunt. Sed & ventus breui iterum residit, & fluctus aduersi violenter impulsus sunt, vt *Cabo Boluto* transmitti minimè posset. Itaque in *Sinum Mauritii* retromeantes, littori ferè illisi sunt, nec ea nocte portum assequi potuerunt.

Die 24. mane Eurus flans, nouum ipsis ad fretum exuperandum animum addidit. Cum ergo aliquouſque vento commodo in freto processissent, post meridiem vento Zephyro ingruente ad sinum vsque *Anserinum* pertenderunt. Itaque circa vesperam in stationem antiquam recesserunt. Quo loco etsi multi quidem anſeres conspicerentur, præter duos tamen tunc capere non poterant, quod sub vñdis commode aliquandiu latere possent.

Postero die ventus iterum horæ spatio commodus flabat. Dum ergò sese omnes itineri pararent, nondum instructis omnibus idem iterum mutari cepit, vt eo manere loco cogerentur.

Die 27. Zephyrus spirare pergebat, tempestate tranquilla, & aëre Solis radiis illustri. Ibi Generalis cum Capitaneis aliquot scapha per *Fretum* traiecit, vt montè ibi glaciale, altè eminentem propius specularetur. Eo loco *Freti* latitudo duorum milliarium erat. An verò fluctus ex Austro, an ex Aquilone inundarent, certò interſtinguere non poterat, quod mira agitatione, ac diuersis vorticibus inconstanter aqua nunc huc nunc illuc fluitaret. Circa eiusdem diei horam 6. vel 7. vespertinam, cum tempestate commoda ex ortu ventus incubuit. Quamprimum ergo Generalis ex latere opposito reuersus esset, ex *Sinu Anserino* emigrandi studio anchoras sustulerunt. Sub noctem itaq; totam, cum ventus sibi constaret, è *Freto* peruadendi strenuam operam nauarunt.

Mons ingès ex glacie in Fretis.

Die 28. manè Vulturnus cum Sole & tempestate serena incubuit. Magno ergò animo ac spe die illo eo vsque progressi sunt, vt circa vesperam *Caput Desiratum*, quod iugum admodum eminens, & in *Freti* latere australi conspicuum est, viderent. Circa vesperam ad *Caput Desideratum* (alias *Siro*. *Desiro* nominatur) cominus accesserunt, quo loco propter Lunæ faciem nonnullas paruas insulas prospexerunt.

Die 29. ante exortum Solem iam dum 6. circiter milliaria emensis, Caput illud transferant, vento idoneo Libonoto spirante, quo concitarius intra Aquilonem & Occasum sese ingerebant. Cæterum in Septentrionali Oceani parte, terra ita humilitate sua occulitur, vt iugo nullo promineat, solis Insulis aliquot, iisque exilibus in conspectum se erigentibus, quæ 5. milliariibus à terra Aquilonari, & 8. à *Capite Desirato* fermè distant. Iuxta modo dictum Promontorium vsque in partem Aquilonarem freti latitudo 7. circiter milliarium est: quo loco perumpentes, ex periculo froto eodem adhuc die in apertum Oceanum Australem tandem incurerunt. De quo successu, vt fas erat, Deo rerum ac itineris largissimo sospitatori gratias & laudes infinitas dixerunt.

Ex freto eluſtantur in Oceanu australem.
MARTIVS

Calend. Martii, procella importuna ex Septentrione concussa, plenis velis minimè procurere poterant. Scapham verò quam in freto fabricauerant, post nauem religantes, tandem propter violentam turbinum colluctationem, vela vniuersa colligere coacti sunt. Cumq; Vice-Admirantem ex conspectu suo amisissent, tertia quartave vice exoneratis tormentis signum dantes, eum tamen haud animadueterunt. Sed postero die ad ipsos rediit. Hoc loco sub altitudine grad. 53. positi erant.

Die 3. Zephyro perflante, terram quandam intra ortum ac septentrionem eminentem conspicati sunt, quam primo crediderunt esse freti oram borealem, quod prægressa nocte longius in septentrionem declinassent. A qua terra vt se latius efferrent, vela altius in austrum direxerunt. Hoc loco aer a deo obscurus & tenebrosus erat, vt altitudo capi non posset.

Die 4. procellæ ex occafu perpetuo adhuc frementes, scapham maiorem, pone è naui religatam, stultibus æstuousis tam violentè illiferunt, vt foramen aut rimam patentissimam contraheret. Ipsam ergò cum deferendam viderent, vix magno labore ex ea nauas incolumes extraxerunt. Tempestas interim nihilominus tanto furore æstuarè pergebat, vt parum abesset, quin Zephyris violentissimis & tumultuosissimis in littus vicinum humile impingerent. Quotocunque igitur nisu & molimine poterant, versus altius mare eluctari conabantur.

Scapha maior deseritur.

Die 6. austro perdurante circa meridiem solis altitudinem grad. 51. & 15. min. habuerunt, à freto se 40. milliariibus distare rati.

Die 8. Solis altitudo grad. 49. erat. Hoc tempore in nauibus vniuersis 147. viri superstites numerabantur.

Die 12. sub meridiem altitudinem grad. 46. tenuerunt. Hora à meridie 2. ventus Cæcias ex Septentrione perflauit: quo vectore intra solstium hybernum sæuis procellis impulsus sunt. Hoc loco Vice-Admirans, qui seruis vestigia priorum nauium legerat, longo intervallo ab illis adhuc aberat. Quem paulò post, propter crassissimas ac densissimas nebulas circa vesperam incumbentes, ex conspectu penitus amisit. Hunc expectatum, suafu Generalis anchoris quidem naues sistebant. Sed cum nec post horarum duarum elapsum appelleret, cursum suum pertextentes in austrum vela impulerunt. Sic ergò his pergentibus, Vice-Admirans à societate exclusus est. Hac nocte vento Zephyro in Aquilonem itum est. Postero die circa meridiem tempestate valida ex Septentrione ingruente, cursum inrequietorem experti sunt.

Vice-Admirans socias naues deserit.

Die 17. Euronoto vehente intra Septentrionem Ortumq; meta aduersa contenderunt. Solis altitudo $39\frac{1}{2}$. graduum erat. Et vt opinabantur, à terra 30. milliariibus aberant. Gubernatoribus ergò Generalis mandauit, vt ad Insulam *La Mocha* vela facerent.

Ad La Mocha Insulam pergunt, sed vana persuasione.

Die 19. Austro vehente cursum continuarunt: quo parum aberat, quin longissimè infra Insulam *La Mocha* dispellerentur. Nam Gubernatores se terræ iam vicinos esse censèbant, vnde tamen longius adhuc distabant. Qua causa suspicabantur, terram à *Freto Magellanico* potius in Ortum quam Septentrionem excurrere. Circa meridiem altitudinem 37. grad. 54. minut. tenebant. *La Mocha* verò sub gradu 38. sita est.

Circa diei 20. auroram, aère admodum obscuro ac nebuloso, borea ferente versus terram visam contenderunt, & eandem circa meridiem attigerunt. Propius ergò accedentes, eam continentem *Chili*, intra *S. Mariam* & *La Mocha* sitam, deprehenderunt esse.

Continens Chili intra S. Mariam & La Mocha.

Die 21. Acutum prominens iugum quoddam conspicati, id Insulam aliquã esse censuerunt. Secundum hoc transeuntes, compererunt, ibi firmam terram esse. In hac prominentia multos congregatos homines viderunt, quorum haud pauci equis insidentes oberrabant. Terra ipsa ad conspectum amena, multis passim locis exulta ac habitata videbatur. Et hic ciuitatis *Imperialis* dictæ, angulus erat, in terræ penitus introrsum magis sitæ. Hinc diuertentes *Hollandi* ad 5. vel 6. milliaria Insulam quandam prospexerunt, à se in Occidentem vergentem: ad quam cum velis incitatis properassent, in eius parte Orientali 14. passibus anchoras fundarunt. Et hæc Insula *La Mocha* erat, quam paulò ante sub gradu 38. sitam percensuimus. Hæc lata admodum ac magna, in medio sui montem editissimum habet, qui medius velut rima diductus & diuarcatus, limpidissimarum aquarum scatebra amenus admodum ac iucundissimus est. A pede montis ad ripam vsque planities mera intercurrit.

Insula La Mocha attingitur, eiusque descriptio subiicitur.


Genera-

Generalis itaque quendam scapha in oram emisit, qui tentaret, an cum indigenis amicè tra-
 ctare, ac de necessariis contrahere liceret. Hanc prouinciam solus subibat *Iohannes Nicolai*, qui, vt
 in terram peregrinam exponeretur, iam antea condemnatus fuerat. Contractus ergò aleam ten-
 taturus, merculas quaedam, vt cultellos, ferrum, corollas precarias, & similes, secum asportauit.
 Quem indigenæ quidem humaniter & cum gaudio admiserunt. Sed quod serum esset, vt postero
 die rediret iusserunt. Is ergò ad naues reuertus, spem in animis plerorumque haud tenuem susci-
 tauit, annonæ ac comæatus necessarii copiam ibi satis grandem paratum iri. Nam & numeroſi
 greges boum ouiumque in pacuis oberrare, & terræ omnes passim sedulo exultæ esse, videban-
 tur.

Sequente die binis scaphis in terram egressi sunt, aliquot securibus, & cultris Norimbergē-
 sibus in omnem euentum instructi. Cumque altera scapha quam proximè in terræ angulum (nam
 ora seu margo omnis alibi admodum scopulosa erat) appulissent: indigenæ cum ipsis tractaturi
 confertim irruerunt: pro qualibet securi ouem, pro cultro autem gallinã vnã aut alteram per-
 murantes. Sed & varii generis fructus, vt *Maisis, Battatas, Radices, Pompones*, & similes, ibi enasci solitos,
 cumulate conferebant. Quibus scapham minorem replentes, cum binis præcipuis *Cassiquis*
 seu loci primatibus, qui vltro ad naues pergebant, ad socios redierunt.

Primates hi non humaniter saltem à Generali admissi, sed & lautè opipareque tractati sunt,
 noctem eam totam cum *Hollandis* exigentes. Sed à nemine, quid vellent, intelligi poterant: nisi
 quod nutibus ac signis quibusdam significare viderentur, quosdam *Hispanorum* in *Baldinia* nuper
 capitis supplicio affectos fuisse. Nam & loca eadem commodè pronuntiare poterant, nimirum
Arauco & *Tuccapel*, quæ in aduerso Chili littore sita sunt, sicut deinceps fusius & explicatius de his
 acturi sumus.

Die 23. cum scapha minore in terram iterum egressi sunt. Cumque indigenis honoraria nõ-
 nulla, veluti in dusiola, pilcos, & similia obtulissent, cum illis ad locũ, qua habitabant, perrexerit.
 Is vicus 50. circiter domos, ex stramine intorto erectas, oblongas, & ianua vna accessas habebat.



Hollandos autem *Indi* intro in suas domos recipere, aut ad vxores propius admittere volebant. Sed hæc tamen omnes virorum iussu ædibus excita, duobus ordinibus in genua confederunt seorsum, longius ab *Hollandis* remotæ. Viri verò iuxta *Hollandos* in truncis proximis confidebant. Ab eo, vetula quædam prodiit, ac vrce fictili porus quoddam genus, *Cici* dictum, attulit, de quo *Hollandi* ad placitum bibebant. Potus iste subacidulus, ex *Mais* (quod ipsorum triticum est) & aqua concinnatur hoc modo. Vetulæ ætate edentulæ, *Mais* mandunt. Ex masticatione ista madore imbibito *Mais*, retinetur, dum cum aqua perfectius maceretur. Miscella hæc si efferuefcit, dolis excipitur, & in vsu reconditur. Et quod comprimis ridiculum est, superstitione tam fæda excæcati sunt, vt persuasum habeant, quo vetulæ annosiores sunt, eo potum generosiores & sapidiorem fieri. Hoc potu *Indi* promptè inebriantur. Singularia quin etiam conuiuia isto nectare agitant. Pagani siquidem vniuersi vno multoties loco congregantur. Quo facto, mimus quidam ex alto surrecto truncis sonitum & sibilum ore mirum edit, ad cuius modum cæteri in orbem bibunt.

In hac eadem Insula olim quidam *Hispanus* egerat. Qui postquam cum aliis naufragium fecisset in Insula parte occidua, solus enauit, & ad *Indos* hos confugit, inter quos etiam quadriennium integrum exegit. Sed his ebriis factis, in conspectum progredi minime audebat, verum se occultare cogebatur. Cumque non ignarus esset, quam irreconciliabili odio *Indi* erga *Hispanos* flagrant: cum primatis cuiusdam sorore clam familiaritatem aluit, quæ postente vsu eum subinde occultabat. Huius ope ac adminiculo quatuor istis annis seruatus est. Mos horum *Indorum* est, vt tot ducant vxores, quo re familiari sustentare possunt. Inter hos is ferè opulentissimus est, qui filias plures habet. Has enim qui ambit, vt à patre eadem repens bobus, ouibusque ac vaccis, aut rebus aliis, quibus ac quantis pater filias censet, redimat, opus habet. Summa libertate gaudent, & legibus omnibus propè soluti viuunt. Quod si quis alterum occiderit: tum homicidium, hoc cæsi cognati tandem vindicant, dum interfectorem simili pœna sustulerint, nisi mediis certis interuenientibus vindices percussim molliuerit. Pacificationis medium *Cici* plerunque esse solet, quod annuatim reddere coguntur rei. Hoc modo indigenæ *Chili* ferè vniuersi viuunt, qui iugo *Hispanorum* nondum subditi sunt.

Vestibus tam inferne quam superne amicti sunt: quas ex ouium grandinorum lanis texunt. Hæc oues proceræ & erecto collo sunt: à quarum tergis lana ad terram vsque demittitur. His ad onera gerenda vtuntur. Lassæ ac fatigatæ nullis plagis porrò agi possunt, sed actoribus suis caput arrigunt aut obuertunt, à alta voce clamitantes. Harum ouium nullas *Hollandis* vendere volebant; sed offerebant alias, specie externa nostris non dissimiles, obefas admodum ac plenas. Ibidem pro securibus ac cultris copiosas quoque gallinas ac varios fructus redimebant. Nam continentis huius habitatores ferramenta huiusmodi auidè arripiebant, adeò vt pro exiguo instrumento, res multas reponerent.

Die 24. manè Caurus flauit. *Hollandi* ergò ad fructus plures auferendos in littus iterum egressi sunt. Cum verò *Indi* manibus innuerent, vt propius iam non appellerent: recedentes cum pace ipsis valedixerunt. Nauibus ergò iam de nouo necessariis rebus omnibus instructis, Generalis discessionis signo dato, cum nauibus vniuersis eo loco soluit, & versus *S. Mariæ* Insulam, quæ à *La Mocha* 18. milliariibus distabat, cursum suum incitauit. *La Mocha* verò sub grad. 38. sex circiter milliariibus à continenti sita est.

Die 25. sub auroram vento austro, ad occasum æstiuum properarunt, *S. Mariæ* Insulam, sub grad. 37. & min. 15. in Æquinoctialis lineæ parte australi sitam obtentum. Circa diem medium altitudinem $37\frac{1}{2}$ grad. metientes, tribus se circiter milliariibus à continente, & sex vel septem milliariibus à *S. Mariæ* abesse obseruarunt. Et hanc paulò post attingentes, nauem in portu eius quandam conspiciantur: quam primo intuitu Vice-Admirantis esse rati, propius appellentes *Hispanicam* deprehenderunt. Hæc visis *Hollandis*, vt ipsi elaberetur, sedulam quidem operam nauauit. Sed cum rapidius insectantes *Hollandos* videret, scaphæ suæ, in qua anchora iacebat, funem præcidit, vt citra impedimentum expeditius euolare posset. Ita assecuta scapha libera, rectè versus terram vela fecit. Intra huius Insulæ Aquilonem Eurumque scopuli nonnulli eminent, à terra ipsa milliaria vnus interuallo semoti. Per hos *Hispani* intrepidi transierunt, aliàs *Hollandorum* captiuo certissimi futuri. Nihilominus tamen per has ipas asperitates *Hollandi* eos alacri animo insecuti sunt. Sed *Hispani* ad altum illicò mare velis incitatissimis terenderunt, sperantes, se laterali isto vento manus *Hollandorum* impunè declinaturus esse. Nauis etenim ista (vt videre erat) obliquis velis currendi peritissima fuerat.

Die 25. cum *Hispanica* nauis insectationi continuam operam nauarent *Hollandi*: ea tamè potiri minime potuerunt. Et licet scirent inter se pridem ita constitutum fuisse, vt in *S. Mariæ* Insula alia naues alias integris mensibus expectarent, id quod Vice-Admiranti absenti quoque debebatur: nihilominus tamen, ne ab *Hispanica* naue aliquando proderentur, consultum rati sunt, eandem ponè vestigiis lectis tandem insectari, dum in venatione eius salutem extremam tentarent.

Certamen de celeritate cursus.

Cici paradisi modus.

Hispanorum quidam 4. annis in *La Mocha* egit.

Mochani filias suas vendunt.

Homicidia potu expiata.

Grandes *Indorum* oues, in Insula *La Mocha*, & *dorsifera*.

Hollandi Insulam *S. Mariæ* aduenit. *Hispanica* nauis in portu *S. Mariæ*.

sent. De nouo ergò iam iterum eius infectationi diem impendentibus, circa vesperam malus maior crepare auditus est, ita, vt metu periculi maioris vela sua colligere cogerentur. Sed paulò post, cum per Lunæ faciem nauem *Hispanicam* propter aduersum ventum Hispitarum respicitare prospicerent: celocae sua instructa (cui *Capitaneus Biesman* præerat) ipsa iterum velocius infectari sunt. Ita nocte flammam multas ex aduerso Insulæ, in terræ loco quodam, *Lauapie* dicto, emicare viderunt.

Die 26. cum perfectionis nauis *Hispanicae* nedum animum deposuissent: eandem circa 8. aut *Hispanica* 9. diei horam Celox corripuit, ac in illam tormentis strenuè defulminauit. Etsi verò & ipsa nauis *Hispanica* (quæ æneis tormentis duobus munita fuerat) in Celocem exploderet: tandem tamen se dedidit, aduentumq; Generalis victorum mandato expectauit. Quamprimum is appulisset, *Capitaneus Hispanicus* cum pilotis ac officariis cæteris (naucerus enim nauis huius in Insula remanserat) ante ipsum in genua prouoluit, veniam ac vitam deprecantes. Quibus cum Generalis vitæ potestatem fecisset: anchoris iuncti eodem loco decubuerunt. Quærenti Generali, qui essent, quid actum venissent: responderunt *Hispani*, nauem eam Regiam esse, missam, vt *Arauco*, & *Conseptie* incolæ farina, lardoq; instrueret. Hos enim cum illius loci *Indis* graui bello decernere. Farinæ verò 30. saccos in nauiam dum esse: sed lardum post biduum demum importandum fuisse, vt his prima occasione in *Arauco* (quæ supra *S. Mariam* 4. milliaribus à *Chili* littore, vbi *Hispani* quam proximè ad mare Castellum tenerent) contenderetur.

Porro cum ex Pilotto Generalis percontaretur, putaretne fieri posse, vt ad *S. Mariæ* Insulam, *Hollandis* infra quam iam longius deiecti essent, redascenderent: propter austrum ibi ordinarium, id neuti ad *S. Mariæ* quam impetrari posse comperit. Commemorabat enim Pilotus, quod ex *Conseptie* ad *S. Mariam* Insulam Insulam ascendere, tertia quidem vice admodum sedulo annisi: sed re omni frustra tentata, toties reuerti compulsi sint: tam quod venti perpetuo obstantes repulissent, quam quod remum, procellarum ac fluctuum immanitate contrafactum perdidissent. Tandem pertinacia victrix.

Referebat etiam inter alia Capitaneus cum Pilotis, quod in *Conseptie* mandatum accepissent, vt accurata diligentia, specularerent & attenderent, quænam ex freto naues hæc transiret: quæ priuorum essent: & vt hanc rem ad naues militares, in *Lyma* excubantes, ocyus denunciarent. Harum enim duas optimè instructas, prææ spe in *Arica* morari. Relatio caenarum priorum Hispanorū.

Quibus cognitis, trutinatoq; rerum, qualis esset, statu, quod nimirum *S. Mariam* recuperandi spes nulla restaret, cum iam ad gradum 35. descendissent, & ventos perpetuo aduersos habituri essent: Generalis cum Capitaneis ac Gubernatoribus decreuit & statuit, vt ad *S. Iacobi portum*, alias *Val Paroisfo* dictum, ac sub gradu 33. situm vela cursusq; desisterentur. Id quod citra moram, quoque subirò inceptum est. Hic itaque cursus in causa fuit, vt Vice-Admirans ad socias naues nunquam postea rediret. Cum enim ipsum eo loco non offendissent: à *S. Mariæ* eum tota via aberrasse suspicati sunt, hac de causa, quod in Mappa illa, quam *Petrus Plantius* edidit, Insula hæc sub grad. 36. in lineæ australi parte posita sit, cum tamen ipsa experientia doceat, eandem sub gradu 37. min. 15. omnino collocaram esse. Quo & ipsi facile seduci potuissent, nisi commentaria *Anglici* *Dirick* *Gerritsz* eodem errore ex hac mappa deceptus est, sicut ex eo scripto liquet, quod de hac re ad *Generalem* misit. Hollandi in S. Iago per nun. Vice Admirantem omnino de Mappa Platiana error.

Idem Capitaneus *Hispanicus* Generali significauit, ex societate *Verhagenii* in Insula *S. Mariæ* duas naues incurrisse, Generali *Simon de Cordes* subditas. Quem, dicebat, in terra firma vnà cū aliis 23. viris ab *Indis* trucidatum ac peremptum esse, hac causa, modo quæ.

In *S. Mariæ* Insule opposito littore, iugum quoddam seu promontorium *Lauapie* dictum esse. Ad hoc annonæ & refectiois quærendæ spe Generalem excurrisse, ac à perfido *Hispano*, cum *Indis* agente, in terram è nauibus prolectum esse, prætextu familiaritatis ac amicitie contrahendæ. Ita credulos illos, in terram egressos, ab *Indis* obrutos, stratos ac cæfos fuisse. Nec *Indos* quidem, eos *Hollandos* esse, compertum habuisse: sed contra *Hispanos* victoriæ hanc commoditatem offerri, credidisse. Et hac ipsa de causa quoque accidisse, vt cum singulari triumpho *Hollandorum* capti, et trophæa ista *Hispanis* (qui *Conseptie* imperitabant) in probrum ac diuiduam ostenderent. Hoc ergò iam damno accepto, naues dictas binas, quarum altera Generalis, altera *Iacobi Quack* erat, in *S. Mariæ* Insulam secessisse, vt amicabile tractatione necessariam annonam ibi acquireret. Tunc Gubernatorem *Conseptie* fides verbis & largis promissis *Hollandos* inescasse, & Capitaneum suum, qui porcos aliquot & certum fructuum numerum ipsis impertiret, amandasse: vt hoc scilicet compendio *Hollandis* comodiori tempore præseruarentur. Id quod olfacere *Hollandis* non admodum arduum erat. Capitaneus siquidem, qui ab *Hollandis* lautius tractatus est, annonæ plus impertiuit, quam in mandatis haberet. Tum & vino madidior, nescio quæ suspecta verba emisit. Ex his enim intelligebant, Gubernatorem de his duabus nauibus *Lymam* nuncios ac indices misisse, quod duobus ibi mensibus moram Error miseris noxiis. Quid nauibus binis Cordes acciderit ad S. Mariam. Ebrietas garrula.

facturæ, & suos socios operituræ essent. Nec enim idem ignoratæ, quod ob cladem prius acceptam *Hollandi* admodum infirmi iam essent, secumque vix 60. viros haberent, & penuria annonæ graui laborarent: Ad eod, vt vi intentata facillè expugnari ac deuinci possent. Postquam ergò, vt diximus, commemoratæ binæ naues technas ac dolum Gubernatoris intellexissent: tum eas ex portu *S. Mariæ* soluisse, nec quo peruaserint, cuiquam compertum esse. Paulò post ergò quatuor instructas militares naues ex *Lyma* ibi appulisse; & hanc, quam *Hollandi* iam cæpissent, illarum Celocem seu Liburnicam fuisse. His quatuor nauibus vltra 700. milites in *Conseptien*, oppugnandorum *Indorum* causa inuectos fuisse, ac *Hispanos* cogitasse, duas *Hollandicas* naues, quæ iam dum soluissent, inuadere & obtruncare: ac re hac comperta, Capitaneum illum, qui à Gubernatore emissus ad eas abiisset, captiuum factum, ac proditoris loco in *Lymam* adductum fuisse.

Hispani
Hollandica
classis du
ante adue
rum prodit
ora.
Proditori
bis omnia
plena.

Hollandi
Hispanicæ
nauem oc
cupant.

Alias Hi
spanicas
naues ca
piunt.

Dua Naues
exuruntur.

Pratoria
periculum
ab incendio
nauis hosti
li.
Anchora
perditur.
Quales
merces in
Picco nauis
inuenerint.

Hispani quidem in *Lyma* iam ante annum venturarum *Hollandicarum* nauium nuncium acceperant, tam certum, vt & nomina & cognomina tum Generalis, tum cæterorum primariorum præcita haberent. Itaque ad rumorem hunc omnis ea terra mota, & naues militares rebus omnibus munitæ & instructæ sunt, vt aduenas hostilius inuaderent. Cum ergò intellexissent *Hollandi*, ibi demum cum fructu ac quæstu minimè morari licere, & propter interdictum regium alias quoque nulla cum *Hispanis* commercia fida & quæstiuosa fore præcipient: deserto illo loco, die 28. Martii sub auroram Promontorium quoddam *Punte Coronne* dictum, ac duobus milliariibus à *S. Iago* vel *Val Paraisæ* abitum appulerunt. Duas ibi naues hæere, Pilotus *Hispanicus* dixerat. Itaque ad portum illum *Hollandi* intendebant. A quo cum non abscessent longe, clara die fulgente, maritimi incolæ appellentes *Hollandos* de edito monte conspicati sunt. Ab eo confestim se eques quispiam videndum exhibuit. Cæterum cum nauibus istis in portum propius penetrare non possent, viderentque in eodem grandem nauem vnã cum quatuor aliis in propinquo stare ac apparere: Generalis duas scaphas, viginti circiter sclopetariis munitas fortunam ac rem tentatum emisit. Ipsemet autem Generalis in sinu vicino 30. passibus naue sua confedit. At Liburnica, cum nuper capta *Hispanica* naue, sub velis manserunt. Itaque cum scapha emissitia minor, quam octo viri moderabantur, ad nauem in portu successissent, multos quidem in ista homines, sed meros Indos viderunt. Nam *Hispani* plerique eruperant fuga, optima & præstantissima quæque, cum casus permittebat, secum abripientes. *Indi* verò cum ad *Hollandorum* appulsum ad arma properarent: securitatis maioris gratia *Hollandi* eos magna ex parte trucidauerunt, & è naue in pontum exturbarunt, quotquot eorum reliquos inuenerunt. Numerus cætorum 40. circiter erat: inter quos nonnulli duces ac officii alii numerabantur, sicut postea à puella quadam, quæ se illic occultauerat, & *Hispanicam* linguam perite calluerat, edocti sunt.

Alteræ scapha maiore *Hollandi* ad cæteras naues properarunt, quæ viris vacuæ erant. Hi enim in terræ margine cubabant. Itaque, quæ *Hispani* bona è nauibus extulerant, scapha ab *Hollandis* reducta est. Hæc dum agerentur, alia nauis quoque inde soluit ac profugit: in quam Generalis, vt & capta nauis, cuius Capitaneus *Nicolaus Petri* constitutus erat, tormenta sua exonerarunt. Hanc etiam *Nicolaus* ille tandem attigit cæpitque. Capta hæc ad terram ocyus contendit, & bonis citius exonerata est, quam à nauibus *Hollandorum* occupari posset. Hac deinde ab *Hollandis* ascensa, vexillum eius Generali honorario exhibitum est. Nauis nomen *Los Piccos* erat, & 80. circiter onera capiebat. Generalis autem pluribus emissis mandauit, vt vacuæ naues igne exurarentur, ac recens capta ad classem iungeretur. Postea his confectis iussit, vt omnibus paratis ac adornatis hinc soluentes discederent, dicens, se è vestigio pone ipsos insecuturum. Interea vnã ex ardentibus nauibus rectã ad Generalis nauem impulsa est: quod rectã ex sinu ventus perflaret, à meridie ibi ordinarius. Flagrans hæc nauis violento impulsu rectã in Admirantis proram impegisset, nisi prouida opera funibus anchorariis præcisisset, eadem isto loco emota fuisset. Sic anchoræ periculo nauis seruata est: quam cæteræ illicò insecutæ sunt.

In *Piccos* nauem Generalis 14. viros disposuit, qui gubernandæ & tuendæ illi vacarent. Arcæ autem Cistæque ab eo reseratæ sunt, bonorum parte maxima in naues alias translata. Credibileque erat, eam nauem plurimò auro ac mercibus præstantissimis, ante expilationem oneratam fuisse. Quæ in ea reperiebatur, hæc ferè bona erant, seuum ouillum, vinum in potissis, poma, coria præparata, Oliuæ conditæ, Mantæque de Porco, Coques nuces, & tres equi, quos tamen profugi è nauis exturbarant.

Portus hic *Val Paraisæ* sub gradu 33. à linea in Austrum situs est: à quo pedestri itinere terra *S. Iago* 18. milliariibus penitus distat. Ibi vnica saltem casa erecta visitur, in qua merces suas recondunt aduenæ. Quæ verò inde auhuntur, vt sunt vina, & similia alia, eadem ex ordine secundum littora exponuntur, cum pluuiæ isto loco rarissimæ incumbant. *S. Iacobi* quidem vini copiosi feracissima est, quod tum colore tum sapore rubrum vinum Gallicanum æmulatur. Sed & poma & cotonea ingenti numero ibidem proueniunt. Greges ouium ibi numerosæ sunt, quas solius seui auferendi

aufferendi gratia mactant, quo plerumque integras naues grauant. Vniuersa terra admodum fecunda, & variorum fructuum proma largissima est.

Ibidem Generalis literas accepit, à *Dirick Gerritsz* allatas, qui nauis ex societate *Verhagenii*, *volitans cordis* dictæ Capitaneus erat. Is Germanico idiomate ad suos populares percriperat, magna cum egestate ac ærumina portum *Val Paraiso* se obtinuisse, ac vix nouem sanos ac vegetos secum aduexisse. Summa ergo se necessitate compulsus, ipsummet cum vexillo pacificatorio in terram egressum esse, ac cum indigenis amico contractu de necessariis pacifici voluisse: sed obrutum ex insperato, ac glante per femur traiectum, cum sociis omnibus captiuis in *S. Jacobi* oppidum abductum esse. Porro, quod nemo sanus amplius in naue reperiretur, eandem ab *Hispanis* expilatam, ac in *Lyma* missitatem abiisse. Hæc & alia literis suis ad *Hollandos* conquestus est: hoc addito, quod cum scriba suo, iuvene ex *Haga*, oriundo vinculis durissimis obtereretur. Ex quibus certè iam non obscurum esse poterat, quàm proba, fida, & secura commercia cum *Hispanis* agitari queant.

Prædictus *Dirick Gerritsz* à *S. Maria* Insula aberrauerat. Qua causa (vt literis querebarur) incendiam ac famem acerbissimam perpepsi sunt: ita, vt aut fame mori, aut hostium libidini se offerre omninò cogerenrur.

Calend. April. circa vespere horam 4. grandem sinum, *Porto La Guasco* dictum, ac sub grad. 28. minut. 30. in lineæ australi parte situm incurrerunt, qui admodum idoneus, scopulorum ac impedimentorum aliorum periculis omnino carer: in cuius confini fons etià limpidissimus, *La Guasco* vocatus, scaturit: cuius tamen vnda haustu admodum periculosa est. Domo sibi nullas videre est: cum indigenæ terram penitiorem occuparint, variorum fructuum feracem, et harborum copia non magna ibi sit.

Postero die Generalis ad nauem *Los Piccos* contendit, spectaturus, quibus mercium generibus onusta sit. Moles ergo plurimas seui ouilli ac præparati corni inuenit: vt & cistis aliquam multas pomis vulgaribus refertas, multas ollas vino oleoque ac adipe suillo plenas. De quibus prolatas, Generalis partem quandam pro vsibus suis referuauit: partem alteram in mare exturbauit. Nam, quæ societati commoda essent, pauca reperta sunt præter obritas nonnullas vestes, & res alias leuiusculas. Nam pretiosa iam ante exinanita fuerant.

Eo loco tres vel quinque dies infumpti sunt, dum commodè necessariis naues omnes instruerentur, captum apud *S. Mariam* Capitaneum cum sociis quoquo versum secum prouehentes. Capitanei nomen *Francisco di Buarra*, Piloti verò *Iuan de S. Aual* erat. Hi cum septem aut octo aliis *Hispanis*, binisque sclauis constantè affirmare pergebant, quod præter primo recensita bona, merces alias nullas vexissent. Cumq; Generalis ipsemet quidem diligentissimè omnia perlustrari curasset, præter 30. saccos farina plenos, & nonnulla ligna, rogo alendo destinata nihil reperit. Nauis hæc, *Bon Iesus* vocata, 30. onerum erat.

Dum in prædicto *La Guasco* portu morarentur, recentem ex fonte aquam hausturi, propter maris inundationem ac illisum scaphas a digere minimè potuerunt. Fontis enim ritus minor est, quàm vt adiri scaphis queat. E militibus *Hispanicis* quidam ad penitiorem terram 4. vel 5. miliaribus profectus, fructus optimos, vt Melones, nostris multo pleniore & sapidiore, ac uvas, ficusque cum gallinis ac ouis nonnullis, secum retulit. Illius tractus *Indi* omnes subiugo *Hispanorum* feruiunt.

Die 5. Generalis Capitaneum *Franciscum di Buarra* cum sociis omnibus liberum dimisit, postquam summam ei familiaritatem & donaria multa obtulisset, hoc sine, vt vicissim æqua humanitate ac fide *Hollandicum* Capitaneum *Dirick Gerritsz*, in *Lyma* captiuum tractaret. Quod cum Generali recepisset: cum omnibus suis præter Pilotum, duos sclauos *Æthiopes*, duos pueros *Mestisches*, ex *Hispani* ac *Indi* congressu natos, in terram expositus est.

Sed tum temporis nondum quicquam compertum habebat Generalis, de ingentibus illis diuitiis, quas nauis *Bon Iesus* vexerat. Eas enim *Hispanicus* Capitaneus in mare proiecerat, sicut postea indicis serioribus cognouerunt.

Die 6. Generalis senatum bellicum conuocauit, vt de quodam *Iacobo Diricks*, *Leydano*, remige, comitia fierent. Is enim furti alligatus est, quod nautis panes surripuisset, & ex cella penuaria *Bottigiam* olei abstulisset, & furta plura præter hæc designasset. Cuius accusationis cum se reum professus esset, damnatus est, vt glante perfoderetur aut traiceretur. Qua pœna publicè recitata, paulò post etiam affectus est.

Eodem die Generalis cum Capitaneo *Lamberto Biesman* & *Claes Pieters*, *Bon Iesus* nauis præfecto de itinere continuando deliberauit. De qua re cum *Hispanici* Piloti *Iuan de S. Aual* consilium peterent, responderit, in *Lyma* tres expeditissimas naues Regias morari, quarum hoc vnicum institutum sit, vt aduenas aliunde naues infestarent. Sed & ipsum Vice-Regem in *Lyma* residere, ad quem

Nauis Verhageni, ab Hispanis captur.

Fames trulentior hoste.

APRILIS.

Los Piccos qualia bona vexerit.

Bon Iesus nauis ab Hollandis capta.

Capitaneus Hispanus dimittitur.

De fure quodam supplicium sumitur.

Tres naues Hispanice contra Hollandos armata.

quem copix omnes ex omni Peru ac Chile, imo vnuerfo australi Oceano lectæ confluxissent. Cæterum ipsas naues robustissimas, 24. tormentis æreis, ac 300. peritissimis militibus munitas ac instructas esse. Monitor insuper erat, vt res suas prouiderent, ac citra sanam deliberationem incauti nihil molirentur.

Quo loco
Regis Hisp.
argentum
oneretur.

Hollandis itaque optimum visum est, vt secundum littorum longitudinem vsque ad 15. gradum procurreretur, & postea infra *Lymam* ad grad. 8. vel 10. declinaretur, cum dicta metropolis *Lyma* sub grad. 12. & 30. minutis. *Aricka* verò ciuitas sub grad. 18. & minut. 40. sita sit, in qua omne ferè argentum oneratur aut conquiritur, quod illinc ex *Potosi*, & hinc in *Lymam* porro inferitur. Ex *Pilotti* fermone liquebat, ibidem aliàs quoque duas naues, Regium argentum auecturas, expectare. Quibus omnibus pensitatis opportunissimum visum est, ad S. Francisci promontorium, sub grad. 12. in lineæ parte boreali situm decurrere, vt, ad quod omnes naues ex *Lyma*, *Panama*, & *Acapulco* congregari solerent.

Descriptio
Peru ac
Chile re-
gionum.
Chile.

Hoc ergo sine sub noctem mediam soluentes, portu *La Guasco*, grad. 28. minut. 30. iuxta *Chili* littus sito egressi sunt.

Cæterum littoris ac regionis *Peru* & *Chile*, hæc ferè ratio & conditio est, sicut à *Pilotto*, qui de hac causa à Generali serio rogatus est, accepimus.

Chile, sub grad. 44. in lineæ parte australi sita, grandis & patens regio est, in plurimarum Insularum faucibus posita; quas omnes in ambitu *Hispani* habitant, Gubernatori Generali subiecti. A quo tamen integri anni spatio *Hispani* nulla madata acceperant, secundum quæ sese gerere deberent. Ouibus ac lanis maximè abundant: ex quibus vestes, omnium in *Chile* nobilissimas, parant.

Osrone.

Osrone ciuitas grad. 42. subest, continenti contigua, *Baldinia* aliquantò maior, ab *Hispanis* habitata, qui suum ibi Gubernatorem attendunt. In hac lintea ac panni lanei plurimi parantur.

Ville Riche.

Ville Riche in terra firma *Baldinie* Orientalis est, ab ea 20. aut 30. miliaribus seiuncta. Hæc & ipsa multis *Hispanis* habitatur. Lintea ac vestes Indicæ in hac numeroas conficiuntur, quibus sua in ista terra commercia agitant. Easdem etiam in *Coquinibo* & loca alia finitima exportant.

Baldinia.

Baldinia iuxta fluentum sub grad. 40. posita, in eum quatuor ferè miliaribus effunditur. Locis *Hispanis* multis, sub gubernatione *Alonso del Campo*, excultus est, effosso vberimè auro, ac asseribus radendis admodum insignis. Hi in *Lymam* ac loca alia transfuehunc. Hanc *Baldiniam* ciuitatem Indi, *Chile* accolæ Anno 1599. in Nouembr. expugnarunt, ac *Hispanos* vnuerfos in ea obruncarunt. Hodie verò iterum à prædicto Gubernatore & 200. *Hispanis* habitatur.

Tolyne.

Intra *Baldiniam* ac *Imperialem* gentis efferæ quædam familia sub 3. vel 4. *Hispanis* dominis agit, *Tolyne* vocata. Hæc & ipsa contra *Hispanos* seditionem mouerat. Ibidem panni quidem plurimi, sed rudes tamen ac ignobiles textuntur.

Imperial.

Imperialis ciuitas, in principio ante *Hispanorum* aduentum à 30000. Indis habitata fuit: ex quibus viginti tantum *Hispani* 20000. circiter trucidauerunt. Hi *Hispanos* immortales esse crediderant. Post hanc stragem editam, eo loco *Hispani* Episcopatum fundauerunt: qui tamè hodie propter crebras Indorum seditiones vastatus ac desolatus est: velut & hodie ab integro anno nihil de ipsis, grauissima obsidione cinctis comperire licuit, vt metus sit, eos funditus ac radicitus excisos aut e tirpatos esse. In *Imperiali* auri grandes massæ eruntur. Iuxta hanc fluuius limpidissimus in mare se exonerat, prope fauces tamen ita tenuis, vt nulla scapha adiri queat. Hæc 5. vel 6. miliaribus in penitiore terra sub grad. 30. minut. 30. sita est.

Angol.

Angol 30. ab *Imperiali*, & à *Conceptie* 12. miliarium interuallo distat. In hac plerunque 200. *Hispani* milites aluntur, Gubernatori *Don Iuan Rodolpho Lusperge*, cuius parens *Witteberga* oriundus erat, parentes. Hic vestes Indicæ copiosæ sarcuntur, & auri haud modicum eruitur: cuius tamen effossiones propter frequentia bella ferè languescunt.

Tuccabel.

Tuccabel intra *La Mocha* & Insulam *S. Mariam* in terra firma sub grad. 37. min. 30. sita, portu nullo insignis est, sed statio in littoralibus quærenda est. Hos fines, exactis *Hispanis*, Indi pro se suisque tuentur, ad quos illis accessus non datur. Promontorium de *Lauapie* iugum illud est, quod Insulæ *S. Maria* opponitur. Hoc alias in excultum tutam contra Austrum stationem habet: quo loco *Simon de Cordes* cum sociis trucidatus est.

Arauco.

Arauco à *S. Maria* Insula quatuor ferè millia distans, ab *Hispanis* colitur, qui castellum ibidem 80. ferè militibus seruatum extruxerunt. Extra quod tamen ab *Indis*, iuratis hostibus, satis tuti non sunt.

S. Maria.

S. Maria Insula sub gradu 37. minut. 15. duobus circiter à terra firma miliaribus sita, *Hispanis* gubernatur.

Conceptie.

Conceptio in ora seu margine Oceani sita portus est, in quo Gubernator *Don Francisco de Quijones*

Jones de Chile refidet. Eodem loco caſtellum quoque celebre eſt, ex quo nuper propter *Indorum* ſeditionem, 700. circiter milites aduerſus illos educti ſunt. Promendo auro locus hic cum quouis alio certare poſſit.

Siliau penitus intra terram 30. circiter miliaribus à *Conceptione* abſita, *Hiſpanis* 150. & *Capiſilianeo* *Michael de Chilue* cuſtoditur. Hæc regio, etſi quidem parcius aurum gignat, vino tamen & fructibus cæteris, ad victum commodiſſimis, haud incelebris eſt. Terra hæc cum *S. Iago* quodammodo conuenit. Et huſcuſque *Hiſpani* propter continuos *Indorum* inſultus bella gerunt.

S. Jacobi ciuitas, 18. miliaribus intro verſus terram ſita portum *Val Paraſo*, ſub grad. 33. habet. *S. Iago*. Hic locus omnium de *Chile* præſtantiſſimus eſt, utpote *Episcopatu* inſignis. Gubernatoris præfectus hic agens, *Biſcarre* vocatur. Vinum, ſeuum, poma vulgaria, & fructus *Hiſpanicis* ſimiles, hoc loco abundant. Sed & ſumma frumenti ac pecorum copia hic reperitur. Per omnem hanc provinciam equorum tantus numerus oberrat, ut & gregatim in ſyluis agere videantur. Huius indigenæ haſtati ex equis magna parte hoſtes expugnant.

Coquimbo ciuitas 60. ferè miliaribus à *S. Iago*, ſub grad. 30. ſita, *Hiſpanis*, qui *Indos* omnes indigenas exciderunt, parer. *Indis* extirpatis, iam *Hiſpani* non habent, qui aurum eruant, etſi foſdinæ auri ac cupri numeroſæ reperiantur. Vini autem & fructuum ſimilium locus iſte feraciſſimus eſt. Coquimbo.

Guaſco, ſub grad. 28. & min. 30. ſinus eſt, incultus ac deſertus. In terra hac vites enaſcuntur, & fructus alii, cum primis Melones, tam grati ac iucundi ſaporis, ut meliores in nullo vſpam *Europæ* tractu inueniantur. Tyrannus ſepſam euerſit. Guaſco.

Morre Morrenne, ſub grad. 23. & min. 30. ſterilis & hominibus inanis eſt. Ad hanc tamen ſubinde quidam, qui 12. mill. interuallo in penitiora terra habitant, piſcium captandorum gratia excurrunt, quos ſiccant, ſiccatos dein de *Pottoiſi* incolæ mercantur. MorreMorrene.

Rio de Loa & ipſa piſcaria inſignis eſt. Hæc 12. gradibus ſubieſta, nonnullos *Hiſpanos* alit. Pars pleraque pauperulis hominibus, qui piſcatu ſoli vacant, excolitur & habitat. Rio de Loa.

Terrepaca, ſub 21. grad. poſita portum *Icaſie* habet. Eadem piſcatu quoque inſignis eſt. Bituminis hic quoddam genus odoratiſſimum legitur, quod *Arriſca* incolæ inde auehunt. Terrepaca.

Piſſago portus ſeu ſinus admodum idoneus, ſub grad. 20. iacet. Huc vinū inferitur, quod *Pottoiſi* incolæ cum aliis mercibus auehunt. Cæterum ab habitatoribus locus ſterilis eſt. Piſſago.

Arriſca ad maris littora ſub grad. 18. min. 40. ſita eſt. Ibi regis argentum ex *Pottoiſi* aduectum, nauibus imponitur. Qua de cauſa vicino caſtello munita eſt, in quo quatuor tormenta, duo maiora, & duo minora diſpoſita viſuntur. Eadem ab *Hiſpanis* colitur, quorum præfecti ſunt *Martin de Vallet* & *Maiſtro del Campo*.

Punta de Hile portus quondam fuerat ante *Pottoiſi*. Ibi dem ædes adhuc nonnullæ viſuntur. Hinc farina & annona alia auehitur. Punta de Hile.

Ciloca portus eſt, Promontorio inſignis, ſed propter anguſtias vicinas aditu diſſicilis. Is ante *Arequipam* eſt, ciuitatem *Hiſpanis* reſertiſſimam. In terra hac vinum, triticum, ac fructus plurimi proueniunt. Sed eadem & ouibus *Indicis* ac mulis abundat, ſub grad. 17. & min. 30. ſita. Ciloca.

Camana, ſex miliaribus ulterius ſecundum littorum porreſtum excurrit, vini ac variorum fructuum ferax, *Hiſpanis* ſubieſta. Hinc bona omnifaria in *Chilca* auehuntur. Camana.

Oconghe vallis eſt, vini feraciſſima, ac *Hiſpanis* excolta.

Les Lomes de Attico iugo ſeu monte inſigni conſpicua eſt: à cuius tergo vadum quoddam viſitur, ad quod *Accary* locus habitatiſſimus ſitus eſt. Oconghe. Les Lomes de Attico.

La Naſca portus eſt, iuxta Porta *S. Nicolai* commodiſſimus, *Hiſpanis* vndiquaque habitatus, qui eo loco præfectum ſuum habet. Ibi vinum nobilius vniuerſa *Peru* ac *Chile* prouenit. La Naſca.

Paraco & *Piſco*, portus duo ſibi vicini ſub grad. 31. min. 30. ſiti ſunt. Ab his 18. mill. interuallo in penitiora terra ciuitas *Ica* collocata eſt. In nullo *Peruvia* loco vinum abundantius prouenit. Nam *Piſco* quotannis 300000. Portiſæ vini ad minimum ibi capiuntur.

Chinca portus littoriſæ eſt, cui præfectus *Hiſpanicus* imperat. Locus hic ingentem quotannis hydrargyri vim promit. Chinca.

Cangueta ipſa quoque *Hiſpanis* ſubieſta, abundanter triticum *Maiſi*, caſeos, & varios fructus promit. Cangueta.

Lyma ſub grad. 12. min. 30. in lineæ aſtrali parte ſita, Metropolis totius *Peru* eſt, & ſedes Gubernatoris Regii, *Don Lo wys de Velasco* dicti, qui vnà cum Archiepiſcopo omni *Peru* ac *Chile* imperitat. Ciuitas hæc ampliſſima eſt, nullis portis munita, ac variarum nationum populis habitata. Ibi naues militares in ſtatione latere ſolent. Sed ad hanc aliæ quoque ex omni littore naues congregantur, in ſinu eo, qui *Collao de Lyma* dicitur. Lyma.

- Generâlis nauium militarium præfectus *Don Iuan de Velasco*, prænominati Regii Gubernatoris affinis est. Terra hæc pluuiis aut nunquam aut rarissimè tentatur. Nam ab omni eo tempore, quo *Hispani* ea loca tenuerunt, pluuisse vnquam non meminerunt. Et tamen solum frumenti ac variorum fructuum copia fecundissimum est, ita, vt vna tritici spica duplo plus *Hispanicis* spicis fundat. Fruges quotannis bis colligunt: ita nimirum: Si agros 20. milliarium spatio in penitiora terra seminant, eodem tempore, in parte altera maritima frumenti messem faciunt. Vicissim si in *Lyma* agri confeminantur, tum in penitiora terra messis fit, ita, vt frugibus ea regio summe abundet, ac panis in pretio vilissimo sit.
- Oppidum ad *Las Salinas* 18. à *Lyma* milliaribus abest. Ibi falis magna copia colligitur, in valle quadam, vndæ ac aquæ inaccessa. Obuia fragmenta tam plerunque magna sunt, vt ex iis ad placitum decidere liceat. Quantum eius demitur, tantum subinde renascitur.
- Guauere*. *Guauere* portus duobus infra *Salinas* milliaribus, situs, copiosa fruge ac melle, celebris est. Hunc *Hispani Indis*, mixtim habitant.
- La Barancque*. *La Barancque* portus grad. 11. subiacet, copiosis frugibus promptis famosus. Huic præfectus *Guarmey*, à meris *Indis* colitur, nec in hac quicquam præter carbones ex ligno factos nancisci licet.
- Santa Ciuitas*. *Santa Ciuitas* Hispanis paret, quæ ob id præfectum habet. Ibi triticum, Maiis, mel, saccharum & fructus alii enascuntur. Ante paucos annos ibidem fodinæ argentiferæ repertæ sunt.
- Truchille*. *Truchille*, vel potius *Trugillo*, littus est, tribus vel quatuor vrbibus in signe. Harum caput ac prima *Truchille* quoque nominatur. Portus à sinibus nihil hic differunt. Hinc mel, Ele&tuaria, Sapo *Hispanicus*, Coria, & merces aliæ auhuntur.
- Cherepe*. *Cherepe* locus est, iisdem cum priore mercibus promendis insignis. *Paita* ciuitas est, ex qua naues in *Lymam* sese refecturæ commeant.
- Paita*. Viatores hinc in *Lymam* pedestri itinere proficiscuntur. Locus *Hispanico* præfecto moderatori subditus est.
- S. Iago de Guaiacquel Vieio*. *Guaiacquel* fluiuis est, in quo Insula *Puna* sita est. Ipsa ciuitas *S. Iago de Guaiacquel* dicitur, in qua numerosæ naues parantur. Quo tempore *Hollandi* ibi agebant, duæ naues condebantur: ad quarum tutelam multi milites præliarii alebantur. In terra verò paulò interiore rudentes funesque, & alia nauibus necessaria conficiuntur. Ibidem alius quoque locus *Vieio* dictus, porro *Guaiacquel* maior visitur. In hoc *Hispani* grandes smaragdos reppererunt, quos *Indi* adorauerant. Littus hoc à *Guaiacquel* vsque in *Panamam* paucis locis habitat, in eo que ii potissimum *Indi* degunt, qui nullis commerciis gaudent.
- Panama* Emporium in iis locis celebre. *Panama* ciuitas, admittendis ac recipiendis nauibus regiis celebris est. Hæ aurum argētumque ex *Peru* ac *Chile* aduehunt, quod porro terrestri itinere in *Nombre de Dios*, & porro in *Hispaniam* inuehitur. Hæc portum habet, duobus milliaribus infra quandam Insulam distantem. Huius loci præfectus *Don Alonso de Sotto Mayor* dicitur: qui quondam in *Chile* Gubernator, & in Belgio vnus equitum Cohortis Capitaneus fuerat. In *Panama* naues etiam plurimæ conduntur.
- Acapulco* portus optimus. *Acapulco* totius *Nouæ Hispaniæ* portus nobilissimus est, ex quo naues in *Philippinas* excurrunt, & illinc huc remeant. Is sub grad. 17. min. 30. in lin. parte boreali situs, portus ante *Mexico* est, quæ ciuitas 18. milliarib. in terram interiorem secedit. Pro tutela nauium in *Acapulco* castellum extructum est, 15. aut 16. tormentis circiter munitissimum.
- Generalis literas intercipit. In *S. Iacobi* sinu Generalis nonnullas literas interceptit, quæ relationem & historiam belli continebant, quod *Chilenses* gerebant: *Indos* nimirum rebellionem contra *Hispanos* mouisse, & 24. No. uembr. Anno 1599. *Baldiniam* ciuitatem obsedisse, violenta quæ manu occupasse ac deuastasse, *Hispanicorum* que virorum ac feminarum grandem numerum tum trucidasse, tum se cum abduxisse, ac his perpetratis, ciuitatem deseruisse. Quam tamen 200. circiter *Hispani*, è *Lyma* eo missi, iterum occupassent, & instaurare paulatim occiperent. Ab hoc *Indos* ciuitatem quoque Imperialem obsidione tentasse, adeo vt inclusi *Hispani* annonæ summa caritate conficerentur, ac iam dira fame pulsi carnes equinas vorarent. Ex quibus colligi poterat, *Indos* ciuitate ipsa breui potituros.
- Indi* quales milites. Hi *Indi* milites exercitatiissimi sunt, quales ad hanc expeditionem 5000. circiter conuenierant. Ex his 3000. equites fuerant, lanceis ac hastis dimicandi peritissimi. Inter hos sclopetarii 100. Loricati verò 70. circiter numerabantur. Quæ arma pridem *Hispanis* ademerant. Breui tempore multis victoriis potiti sunt, quibus etiam haud leuiter efferebantur. Odio irreconciliabili contra *Hispanos* accensi sunt: quod ex eo liquet, quod, si quem *Hispanorum* occiderunt, ei pedes dirimunt, & euulsam cor moribus impetunt. Sed & craniam illis adimunt, ex quibus deinde alii aliis adbibunt. Huius odii causa *Hispanorum* tyrannis est, qua *Indos* in sædam abripere seruitutem molium-

moluntur. De libertate sua antiqua tuenda, illustres plerunque orationes recitant, quibus auditorum animos ad vindicandam *Hispanorum* (quos *Viracobe*, id est, spumam maris nominant) crudelitatem ac perfidiam, mira arte inflammant.

Ducem belli supremum vnum habent, quem solius belli tempore creant agnoscuntque. Cum copias suas omnium primò aduersus aduenas *Hispanos* educturi olim essent, & ad hanc rem Duce quodam opus fore extimassent: grandem trabem seu truncum ex ordine humeris gestarunt, attendentes sedulo, quis ex ipsis illum diutius sufferret. Hunc enim Ducis titulo & honore dignum fore censebant. Cum verò truncum nonnulli 4. alii 5. quidam senis horis baiulassent: tandè prodiit quidam, qui illum 24. continuis horis sustineret. Et hunc demum suum Ducem ac moderatorum constituerant.

Propter prædictam Indorum seditionem ac tumultum, contra ipsos è *Lyma* vltra 700. *Hispani* educti sunt, qui rebelles expugnarent, & iugo suo subicerent. Præter hos totidem alii quoque expectabantur, ita vt totus exercitus 1500. milites spe haberet. Sed quod interea *Hollandicæ* naues in litris ibi appulissent, cæteri in *Lyma* substituerunt.

Regio *Chile* à *S. Iacobo* vsque in *Baldiniam*, terrarum omnium, quas Sol radiis collustrat, fœcundissima ac feracissima est. In hanc enim quæcumque conduntur, vegetissimè & lætissimè enascuntur. Præterea aère quoque vsque ad eò salubri perfruitur, vt pauci illic ægri reperiantur. Eius enim tanta puritas est ac subtilitas, vt, etsi quidem gladius, à rore totus madidus ac vdius in vaginam condatur, rubigine tamen is nulla contaminetur. Fruges, Maiis, porci, equi, vaccæ, boues, oues, hœdi & alia animalia tantis ac tam frequentibus ibi gregibus oberant, vt commoditas loci eius cum terra etiam felicissima conferri non debeat. Aurifodinas autem quod atinet, eadem istitiam optulentiæ ac diuites existunt, vt hic commodè describi omnia nequeant.

Cæterum, *Indi* postquam ciuitatem *Baldiniam* occupassent, domos vniuersas, ac templacubilia quoque verum exusserunt, diruerunt & vastarunt, ac simulachrorum capitibus detruncatis, nunc tandem dii *Hispanorum* occumbunt, clamitantur. Sed & auri massas *Hispanis* in fauces infererunt, dicentes: *O avari ac auri sat agentes, auro iam satiamini, satiamini auro, propter quod vnum tantam persecutione nos premittis, & cuius vos nulla vnquam satietas capit.* His ac similibus (commatis *Hispanis* illuserunt. Et licet crudelia quæque in ipsos admitterent: æqua tamen tyrannide cum illis certare non potuerunt: quòd *Hispani, Indis* primum potiti, crudelitatis extremæ nihil quicquam commiserunt nisi possent, cuius exempla in misera gente non funestissima ederent.

Die 7. April. *Hollandi* sinum *La Guasco* egressi sunt. Et cum prægressa nocte Luna clara micuisset, nauem *Los Picos*, antequam è sinu efferrentur, igne concremaverunt, dimidiam onerum partem, vt seuum & similia adhuc continentem. Quæ vniuersa vnâ cum ipsa nauis exusta perierunt. Extra sinum iam ergò constituti, Austro-Zephyro vehente secundum porrecta littora protenderunt, trium à terra milliariū spatio.

Die 11. Angulum quandam magnum, *Morre Gorch* dictum tenuerunt. Ex quo 10. milliariū in teruallo angulum quandam alium, *Morre Morrene* nuncupatum prospicere poterant. Is è longinquo Insulam repræsentabat. Ad quam cum eodem ipso die accessissent, terram in longum exportectam esse deprehenderunt, ad cuius latus Aquilonare bona nauium contra Austrum frementem statio est, sinui cuidam, *Mexillones* vocato, vicina, nullis incolis habitata.

A prædicto *Morre Morrene* litrus vsque in *Ariccam* extenditur, quo omni tractu ad iugum *S. Francisci* vsque Austro vt plurimum perflare consuevit. Vnde, in mare altius ascensurus, ventus illicò alius offertur.

Die 17. *Aricca* altitudinem grad. 18. min. 40. habuerunt, cum à terra 5. vel 6. milliariibus abessent. Itaque prænominato vento intra Occasum ac Septentrionem promouerunt.

Die 20. aër nebulis ac obscuritate tenebrosus erat, vt longius prospectus ferri non posset, quàm ad iactum lapidis. Quæ nebula pulueri arido similis erat, non secus ac farina vel pollen per aërem confertim volitaret. Vnde vestes ac indumenta eorum etiam vsque ad eò inalbescabant, vt farina conspersa omninò viderentur. Quæ res multis admirationi non leui fuit. Sed *Hispanicus* Pilotus id loco illi admodum familiare esse testabatur, nebulam *Arenales* vocitans. Hæc nebula toto die durabat: vt per hanc Generalis naues duas cæteras amitteret. Quas nec explosis aliquot tormentis, vbi morarentur, comperire poterat.

Circa vesperam, nondum Sole occumbente, terram prospexerunt, à quo vnus milliariis in teruallo aberant. Hæc versus occasum boreamque, ac Austrum Ortumque excurrens vsque ad angulum *Porto Formose*, sub grad. 15. situm porrigitur. Et licet vel dum aër admodum obscurus adhuc esset, nihilominus tamen cursum in Australem Oceani partem in torquebant. Postero die, nauibus dispulsis redeuntibus, vno cursu tantisper in Occasum nauigarum est, dum à terra viginti milliariibus se abesse arbitrantur.

Die 25. sub auroram grad. 12. tenentes, ciuitatem *Lymam* ante se versus ortum prospexerunt. Tum temporis Capitaneus naui *Bon Iesus* ad Generalem contendens, significauit ei, Nigrum quendam *Emanuel* dictum, quem in *Bon Iesus* nauis cepissent commemorasse, quod Hispanicum. Capitaneum, *Francisco de Buarre*, tres integras arcas auro plenas, quod ipsemet, Niger in *Bon Iesus* nauem ex *S. Maria* Insula importare iuuisset, in mare exturbare uiderit, ea nocte, qua se *Hollandos* euitare non posse sensisset, eas nimirum diuitias suis hostibus inuidentem.

Capitaneus
Hispanicus
ingentes
diuitias in
mare eicit.

His indicis Generalis motus, eodem illicò die Pilotum & Nigrum alium *Sebastianum* de hac re examinauit. Qui primo quidem factum inficiati sunt. Sed postquam examini rigidiori subiicerentur, rem omnem ad vnguem confessi prodiderunt, biniq; Nigri testati sunt, tanta vi auri, quantum tres caphæ caperent, prædictam nauem reuera oneratam fuisse, quod ipsimet cum sclauis reliquis suis humeris in eam intulissent. His præcise Pilotus quoque astipulabatur, qui hoc addebat, cistas auro refertas 2. fuisse, quarum quælibet 4. Arrobas cepisset, præter fictilia 500. quorù quodlibet etiam 8. 10. 12. libras auri continuisset. Quæ si in vnam summam conferantur, 10200. libras auri defecati ac purissimi constituent. Ex quo vniciuis colligere promptum est, quam imensa illæ diuitiæ fuerint, quas præfatus Capitaneus Hispanicus in mare demersisset. Quod verò inuidiæ documentum longe expressius est, idem Capitaneus, post comperisset, fociorum quosdam auri aliquam quantitatem sub tabulis ac asseribus nauis occultasse, quicquid huius etiam fuerat, proferri, ac in mare abiici curauit, ita, vt auri ne quidem granum vnum in naue illa relinqueretur. Quod tamen factum Pilotus cum aliquot aliis inficiabatur. Generalis ergò de nouo perustrari nauem curauit. Sed nihil quicquam vsquam inuentum est, nisi quod in Piloti caligis auri fasciculus reperiretur, cuius quantitas libram non excedebat. Hæ erant massulæ, sacculo diligenter concinnatæ.

Quantitas
auri in nauis
Bon Iesus.

Præter hæc omnia Pilotus indicabat, quod paulò ante cum duobus fociis militaribus nauibus ex portu ante *Lymam Collao* vocato soluisset, nauibus 2500. *Anneges* farinae & 200. militibus præsidariis munitis, ac instructis: quos in *Conceptionem* adduxisset, vt thorum openauas *Simonis de Cordes* obrueret. Quas cum inde iam soluisset deprehendisset, dicebat, eosdem in *Arriacam* traictos fuisse, vt argentum regis inde auerent. Hanc verò *Bon Iesus* nauem hunc in vsum referuam fuisse, vt in *S. Maria* Insula auro oneraretur, & ad 3. Martii vsque ibi moraretur, hoc sine, vt, si quæ intereà naues aduenæ appellerent, id nuncio præcipiti in *Lymam* significaret, cum ad celerius conficienda itinera eadem valdè idonea esset. A tertio Martii autem in *Arauca* quæ quatuor miliaribus à *S. Maria* ex aduerso sita est, vela faceret, & 30. farinae saccis expositis, congestum illic aurum in *Lymam* auereret. Sed, vt diximus, hoc consilium, *Hollandorum* aduentus interceptit. Quanquam ex eo vtilitas *Hollandis* nulla insignis emerit, qui ne per somnium quidem cogitaerant, hanc Insulam tam grandem auri vim promere, vt quæ ante triennium primum reperta fuisset. Hanc 3. aut 4. *Hispani* soli tenebant, 200. circiter Barbaris, qui eruendo auro operam nauabát, ac solis arcubus utebantur, stipati.

Quo insti-
tuto nauis
Bon Iesus
in *S. Maria*
decubuerit.

Insula *S.*
Maria
quando in-
uenta.

Nefarium
Capitaneus
Hispani &
Piloti con-
silium.

Pilotus quoque porrò confitebatur, se cum Capitaneo Hispanico, quando in *La Guasca* dimitteretur, constituisse, sedulam nauare operam, vt *Hollandis* ad *Cabo S. Francisci* diuertere persuaderet promississe quæ, intereà se de omni statu ad Capitaneum in *Lymam* nunciare velle, vt tempestiue *Hispanice* naues ad opperendos *Hollandos* illuc se conferrent.

Hisce omnibus cognitis, postero die Generalis senatum coegit, vt causa rerum cognosceret. Apud quem tum Pilotus, tum duo Nigri propalam ac vltro citroq; ista omnia confessi sunt. Itaque euolutis rerum circumstantiis commodum visum est, vt in *Capite S. Francisci* non mora longa fieret, sed quam primum is in conspectum daretur, continuo cursu secundum littorum longitudinem ocyus, versus Insulam quandam, *Les Coques* dictam prorederetur. Intra *Caurum* ergò ac Septentrionem concitatis velis tam diu deproperatum est, dum altitudo grad. 9. in lineæ australi parte incumberet. Quo loco, vt prospectus dictabat, à terra 30. circiter miliaribus aberant.

Hollandi
frustra
duas naues
infectatur.

Die 29. sub auroram ante se in latere Occidentali duas naues conspicati sunt, quarum altera duobus, altera dimidio miliari abesse videbatur. In has excursu facto, die toto vela obliquarunt, vt cursum earum interciperent. Sed in cassum ea res tentata est. Ipsa quidem *Liburnica* circa vesperam ad eas se quam proximè admouerat: Sed cum Luna facem suam duarum horarum spatio abdidisset, tenebrarum beneficio, fugientes naues tanto intervallo eam anteuertuerunt, vt nulla vel incitatissima velorum insectatione corripissent. Et huiusmodi quidem naues singulari industria ita conditæ & extructæ sunt, vt in Oceano australi expeditissime aduersus ventum peruolitare queant. Nam & ventus ibi ferè perpetuo vniformis est: & qui ex *Panama* in *Lymam* comeaturi sunt, contra ventos eluctari omninò coguntur. Postero ergò die ad metam suam tenendam, *Hollandi* reuerfi sunt, cum altitudinem grad. 7. min. 22. obtinerent.

MAIJS.

Cal. Maij deliberationis causa Generalis Capitaneum *Nicolaum Petri* & *Lambertum Biesman* ad se

ad se conuocauit. Hic Capitan. *Pieters* indicauit, quod pro sua opinione à terra via nimis longinqua abscissum esset, cum hoc interuallum non infra 24. miliaria videretur. Sed *Pilottus* tamen 10. vel 11. mill. interstitium illud ratus est. Cæperunt ergo de nouo secundum littoris proieciturã versùs *Caput S. Francisci* contendere. Quem si in prospectum acceperint, tum vela recta in oppositum ad *Insulam Les Coques* sub grad. 5. sitam vertere destinarant.

Circa meridiem sub grad. 6. min. 30. idoneo vehente vulturno metam percurserunt.

Die 9. vento priore iugiter instante, versus ortum ad littus iterum non nihil declinauerunt, quod iam diebus aliquot terram nullam in conspectu habuissent. Sub noctem altitudinem 10. minut. in lineã australi parte tenuerunt.

Die 10. bene mane, cum terram nedum conspicerentur, etsi ad eam iam denuo naues impulsissent: Generalis Gubernator rogauit, an confideret, se *Insulam Les Coques* attingere posse, etsi Promontorium quidem in conspectu & oculis haberet. Quod cum prætati posse Gubernator annuisset: Generalis, vt è vestigio illuc pertenderetur, mandauit. Nihilominus tamen ad meridiẽ vsque versùs terram velis deflexis depereratam est. Quam tamen cum assequi oculis non possent: recta vela ad *Les Coques* impulerunt. Hoc tempore altitudo 10. circiter minutia quã erat, cum à terra 15. aut 20. miliaribus se abesse censerent.

Dicta *Les Coques Insula* recta sub grad. 5. in lineã parte boreali, 110. circiter miliarium interuallo à *Capite S. Francisci* sita est, tum aquã, tum *Coques* seu nucum proma largissima. Sub noctem lineam Æquinoctialem iterum transtulerunt: quod hoc in itinere iam denuo fecerunt.

Die 16. Libonoto ferente in Septentrionem cursum promouerunt, circa meridiem altitudinem Solis in 4. gradu 30. minut. habuerunt. Ab hoc in Occasum deflexerunt, vt *Les Coques* propius attingerent. Sub vesperam altitudinem 4. grad. 40. minut. borealium habuerunt.

Denuo lineam æquinoctialem transeunt.

Die 18. *Hispanicus* *Pilottus* 110. nulla quæstione coactus confessus est, ex 5. prædictis nauibus militaribus, in *Lyma* stantibus duas ad *Panamam* cum argento ex *Peru* properaturas esse: cæteris tribus vnuerfum littus vsq; ad *Cabo Acapulco* euagaturis, vt *Hollandos* venentur & corripiant.

Die 20. cum mane ventus australis inculberet, metam propositam ad *Les Coques* decurrere perrexerunt. Sed Gubernator hîc Generali significauit, propositum *Les Coques* obtinendi iam deinceps omnino frustraneum esse, nec eam inueniendi sibi spem vllam restare. Quare conuocato senatu, mappis omnibus euolutis deprehensum est, consultum minimè fore, vt ad littora *Nouæ Hispaniæ* diuertatur propter naues, nimirum *Hispanicas*, quæ *Hollandicas* naues operirentur. Cursum ergo ad *Philippinas* dirigere placuit, ita, vt in transitu *Insulas Latrones* visitarent. Quod vt commodius obtineri posset, commodum visum est, primò omnium ad *Bona Vista Insulam*, aliàs *Guanam Bona Vista* dictam, contendere. *Insula* hæc 13. grad. in lineã parte Septentrionali, 250. circiter miliaribus distat à *Philippinis*, quæ ipsæ vicissim à *Peru* 2400. miliarium interuallo sub gradu 5. minut. 13. ab-sunt.

Les Coques obtinendi spes vana.

Calend. Iuniis, vento valde ambiguo pergentes, 30. gradu Septentrionem versùs altitudinẽ tenuerunt: quo loco se à littore *Nouæ Hispaniæ* non vltra 20. miliaria abesse censebant. Et cum singulari nullo vento veherentur, sed magna parte malacia cum ingētibus pluuiis impenderet: cursui præsumpto inhæreere minime potuerunt. Interim pluuiæ tam confertæ irruebant, vt aquæ ad potum plurimum colligerent. Quod vnum ab istis imbribus beneficium accipiebant, postquam ab omni illo tempore, quo ex freto nauigassent, aquam nullam hauissent.

Eodem die Generalis *Hispanicam nauem Bon Iesus*, cui Capitanus *Nicolaus Petri* præfectus erat, certa panis quantitate & rebus necessariis aliis instruxit, vt quam, licet admodum laxatam, vsque ad *Philippinas* agere statuisset. Nam ad hanc obtinendam annonæ ac apparatus satis nõ habebat. Tum & in nauî scapham nouam condiderunt. Cumq; clauorum inopia premerentur, eosdem in nauifabrigari curauerunt, cum carbones adhuc ad id sufficerent.

Scapha paratur ex-temporanea.

Die 6. ad continuandum iter, leui vento vtebantur. Cumque priorem altitudinem adhuc tenerent, commodius se facturos arbitrati sunt, si paulò longius in austrum pertenderent, vbi melioris venti obtinendi spes esset. Nam si sub grad. 12. ventus aduersus incubiturus fuisset, tum ad terram firmam propius iuxta Promontorium *Californiæ* succedere opus habuissent. Et tamen interim nec ad hoc nec ad littus alterum propius admoueri poterant.

Die 12. Zephyri spirabant, cum altitudinem 12. grad. explicitè tenerent. Itaque, velut anteà decreuerant, vt, si illic ventum idoneum adipisci non possent, recta ad littus *Nouæ Hispaniæ* promouerent: sic iam cursum suum intra Occidentem ac Septentrionem tenere coacti, toto die grauibus procellis ex solstitio hyberno incumbentibus concussi & agitati sunt.

Die 14. ex Septentrione Cæcias incubuit. Cursus ergo inuertere coacti, frigore densissimo illic percutiebantur. Quod multò penetrantius & violetius infestauit, cum sub grad. 14. agerent. Quanquã illic tempestas ambigua & incerta esset. Qua, cū spacio non temnendo versùs Occidẽ-

tem abstrusi essent, iam de nouo altitudinem *Californiae* attingendi spem non frigidam concipiebant.

Pilottus
suffocatur,
ob intem-
pestiuam
dissidentia
& proditi-
onem.

Die 30. Caurus crebris ac densis imbris infremuit. Hoc die Generalis ac Senatus decreto *Hispanicus Pilottus* è naui in mare eiectus est. Cui etsi Generalis omnia humanitatis officia abundè præstaret, curassetque, vt in secreto cubiculo solus cibum caperet: non tamè erubuit ad quoddam quiritari, sibi à Generali venenum appropinatum esse, cum paulò infirmiore valetudine vteretur. Cumque mendacium istud in senatu publico confiteretur: eo, quo diximus, supplicio reus affectus est. Nam & iam antè idem euadendi quasdam occasiones caprauerat: & in perfidam eruptionem pueros quoque *Mestiches* illexerat. Quam proditionem vt euitarent: è medio ipsum tempestiue tolli, & in vindice pei fidæ salo proditorem nefarium suffocari; æquissimum & iustissimū rati sunt.

Posteà ex medio ortu austroque; ventum admodum opportunum adepti sunt, magna & votiua omnium congratulatione, cum iam binis integris mensibus circa litora *Nonæ Hispania* potissimum ambiguis ventis, & crebris imbris fluctuasent. Cursum ergo feliciter continuantes, tum temporis sub 14. grad. pronauigabant.

AVGV-
STVS.

Augusti die 6. & vento & cursu dicto adhuc pergebant. Cæterum cum scapham illam grandiore, quam in littore *Chile* apud *S. Iago* prædati fuerant, pone è naui quadà reliquissent: eadè rupto fune hîc soluta est. Quam tamen expedita celeritate sectantes, breui redadepti sunt.

Die 11. antiquo cursu iugiter adhuc pertendentes, decreuerunt sub altitudine 13. grad. & 30. minut. aut certè sub grad. 14. vela substringere, vt à *Latronum Insulis* nõ deuiarent. Pro plerorumque ergo supputatione ab illis *Insulis* 525. miliaribus ad minimum aberant: etsi interuallum istud alii 300. tantum miliaribus censerent, sub grad. nimirum 13. & 40. minutis.

Die 15. *Bon Iesus* nauis rimis crebris vsque adeo diducta est, vt, quæ confertim aqua irruerat, nulla opera commodè exigi posset. Quod cum Capitaneus ad Generalè enunciaflet: nauæ illicò æ tignarii seu naupegi missi sunt, qui, an vlla industria sarciri rimæ ac obstrui possent, specula-



rentur.

rentur. Hi cum medelam omnem irritam viderent, eius deferendæ consilium dederunt. Com-
 meatu ergo ac annona omni exportata, duobusq; æreis tormētis eductis, ipsam deferuerunt, iam
 aqua ex medio plenam, prius quàm se inde efferre possent. Sic ergo de grandi illo thesauro, quem
 cum nauī cæperant, parum emolumentī ac vsus senferunt.

Bon. Iesus
 nauis a-
 mittit. ut.

Cæterum Capitanem, qui huic præfectus fuerat, nauclerum *Concordiæ* nauī addidit. & cæ-
 teros nautas viritim ad reliquas naues distribuit. Hæc dum conficerentur, anchoris naues nite-
 bantur. Sub vesperâ Euro vehente iter iterum ingressi 14. grad. 15. minut. altitudine processerunt.

Die 28. manè scapham eam *Hispanicam*, quæ è nauī pone religata, crebris insultibus damnum
 acceperat, perdiderunt, cum eandem 2500. miliarium meta tecum prouexissent. Iam ergo præ-
 ter scapham, recens in nauī conditam, superstitem nullam habebant, cum cæteras omnes in tam
 diuturno itinere perdidissent. Sub noctem cum terram se quandam prospicere putarent: manè
 se oculis lufos esse deprehenderunt. Nam rei certius explorandæ causâ, tota nocte anchoris nisi
 ibidem morati sunt, vt, si terra reuëra esset, eandem temerè non prætermirerent.

Hispanicâ
 scapham
 perdunt.

Calend. Septemb. vento priore adhuc durante, cursum suum intra solstitium hybernum di-
 rexerunt. Hisce diebus Generalis edicto aqua nulla distributa est, sed quilibet sibi suam colligere
 portionem iussi sunt, cum totis diebus pluuiæ copiosæ destillarent. Quin & deinceps semper sub
 noctem anchoris incubuerunt, aur passu certè progressi sunt admodum lento, cum terra nõ longi-
 us abesse nautis videretur. Hic sub gradu 14. agebant. Interim cum scorbutus populatim recru-
 desceret, Latronum Insulæ magnis omnium votis exoptabantur.

SEPTEM-
 BRIS,

Die 15. altitudinem 13. grad. 30. minut. habentes, circa horam fermè à Meridie tertiam Insu-
 las *Latronum*, siue, vt vulgò appellant *Ladrones*, prospexerunt, terram humilè pressamque, sed col-
 libus multis inæqualem, qui longius remotis Insularum speciem exhibent. Circa vesperam Insu-
 lis tam propè iuncti sunt, vt trium miliarium spatio tantum ab ipsis distarent. Velo ergo maiore
 collecto anchoris se firmissimè sustinebant, ne quò fors ventis ab illis rursus abigerentur.

Ladrones
 Insulas at-
 tingunt.

Die 16. sub auroram in terræ latus Orientale appulerunt. Et cum integro ab Insula milliari



adhuc abessent, *Canoa*, quam ponè aliæ plures sequebantur, ad naues remigio delata est. Hi *Indi* fructus quosdam, ac pisces, & *Coques*, & *Vannanas*, radicesque, & cannas saccharinas, & alia similia aduexerant, quæ pro ferramentis attritis permutabant. Nam ferri admodum cupidi sunt, quod ab *Hispanis* sumpto nomine *Hiero* nominabant. Hoc factò, se cundum Insulæ longitudinem perre-
Curi indi
geni com-
merciatran-
stant.
Latrones
ferricupi-
dissimi.
Latrones
suuantes pro-
ratiõne nomi-
niis.

xerunt, quæ ad Austrum ac Septentrionem 7. aut 8. miliaribus exporrigitur. Cumque angulum eius australem obuiissent, eminui humilem quandam sinum prospexerunt, in quo anchoras iacta-
 runt. Huc ad eos ex omnibus angulis plurimæ certatim *Canoa* appellebant, ita, ut earum vno pro-
 spectu 200. circiter numerari liceret, quarum qualibet duos, ternosve, aut quinos *Indos* vehebat.
 Hi vniuersi ferri cupidissimi erant, elata voce *Hiero*, *Hiero*, id est, ferrum, ferrum, subinde clamitantes, & tanto impetu conferunt ad naues se ingerentes, ut nonnulli ex iis cum suis *Canois* omnino euerterentur. Quod ipsi tamen non magni pendebant; ut qui non solum natandi peritissimi sunt, sed euerfas *Canoa*s etiam facili labore reponere, suaque excussa bona recolligere norunt.
 Hæ Insulæ natiuo & augurali nomine *Ladrones* vocantur. Harum siquidem indigenæ vniuersim omnes in furripiendo tam subtiles & industrii sunt, vt manibus, expeditis etiam intentissimorum oculis fallant. Quo factum est, vt ab ipsis *Hollandi* multoties deciperentur. Doli hunc ferè modum habebant. In corbem ex *Coques* corticibus paratum manipulum vnum aut alterum ory-
 zæ supernè iniiciebant. Qui corbes externo aspectu oryzæ multum continere videbantur, sed cū in naues illati euacuarentur, folia aut res similes in fundo stratæ repertæ sunt. Hi dum mercarentur, aut in latere nauis, aut in eius postica parte infernè suis *Canois* se continebant, nec in naues ascendebant. Ad hos ergo ferri massa, è funiculo religata demittenda erat. Contractu firmato, quod pro ferro appendebant, eodem funiculo attrahebatur. Illorum tamen quidam etiam naues ascenderunt, quibus *Hollandi* tum cibum tum potum apporrexerunt. Cum verò *Hollandi* in nauibus suis gladiis instructi starent: *Latronum* quidam, cuidam dispecta commoditate gladium, è manibus extricauit, & cum eo properè in mare exiit. Qua iniuria irritati *Hollandi*, in hunc &
Hollando
vi à Latro-
ne gladius
furripuit.
 cæteros, qui & ipsi furta manifesta designarant, haud trepidè sclopetis defulminarunt: qui tamè omnes è *Canois* in mare exilientes, sub vnda sese absconderunt, vt à glandibus tuti essent. Cæteri verò, qui fontes non erant, quieti in suis *Canois* residentes, rem hanc parui fecerunt.

Gens hæc æqua commoditate & supra terram & infra aquam degit. Quod ex eo *Hollandi* colligere poterant, quod viderent, eos tanta facilitate vndis sese mergere, ac sub illis nulla noxa tam diu latere posse. Et hac arte scæminæ viris non ignauiores sunt. Quod vt certius explorarent *Hollandi*, quinque fragmenta ferri in mare demiserunt, quæ omnia vnus *Indus* è fundo eruit, & extulit, magna certè spectatorum *Hollandorum* omnium admiratione.

Forma Ca-
noarum
Latronum.
Forma
scæminarū
velum fo-
liaceum.
Latrones
valde libi-
dinosi, ad-
coque mor-
bo Venero
sedati.

Canoa illorum affabrè admodum ac artatè factæ sunt, quorum similes ne in omni quidem *India* prius *Hollandi* viderant. Pedum pleræque 15. vel 20. longitudine, & 12. latitudine sunt. Quibus expeditè quoquo versum se proferunt. His rectè in venti oppositum nauigat: & si obliquo cursu opus est, nares non conuertunt, sed puppi antrorsum versam vnam sulcant, non secus ac si prora vte-
 entur, velo interim quod ex cannis paratū est, nec collecto, nec quouis alio situ mutato. His *Canois* nonnullæ quoque scæminæ appulerunt totæ, vt viri, nudæ, nisi quod pudendo virens foliū prætenderent. Hæ longos capillos alunt, vt vicissim viri, eos curtant. Hi speciem quandam exhibent eius iconis, qua apud nos Adam cum Eva depingi solet.

Corporis cutisque colore fusco sunt: animo admodum libidinosi & procaces, adeò, vt viri ac scæminæ promiscuo inter sese concubitu permisceantur. Nam quorundam inter eos pudenda admodum contaminata ac defœdata comparebant. Quibusdam lue venerca, nasus ac labia, faciesque tota quasi exesa erat, adeò, vt foramen exiguum oris loco emereret. Qui digitis ac signis, malum id à lue profuixisse, intendebant.

Hollandi quidem ad angulum, qui medium Ortum ac Meridiem spectabat, diuersi erant. Sed cum anchoris idoneum fundum nullum reperirent: quacunque anchorarum ope poterant, in statione sua se firmare cogeabantur, tam diu, dum annonæ ac fructuum satis ab *Indis* comparassent, licet haud multum esset, quod hi adueherent, cum eorum nonnulli ultra *Coques* vnum aut alterum minimè afferrent. Oryza siquidem spicis nondum excussa erat.

Circa vesperam *Canoa* omnes vnà ad terram redierunt. *Hollandi* autè suis nauibus nunc sursum nunc deorsum procurrentes, postero die inhiabant, vt fructuum maiorem copiam redimerent. Hoc tempore ventus Eurus ac Argestes spirabat.

Die 17. cum naues à terra dimidii miliaris interuallo distarent, ab exorto die Insulæ indigenæ suis *Canois* denuò appulerunt, *Coques* ac fructus alios, quales priore die quoque attulerant, aducentes, idque copia pertenui. Itaque cum intelligerent *Hollandi*, annonæ plus ibi minimè parari posse: ad Philippinas, quæ 250. circiter miliaribus ab hac Insula versus Occidentem distat, cursum impendere & dirigere decreuerunt.

Latronum Insula hæc, aliàs *Guana* dicebatur, magna ac grandis, pro Hollandorum opinione ad 20. milliaria diffusa. Iuxta hanc alia nullæ Insulæ comparuerunt, etsi commententur *Hispani*, hoc loco plures Insulas positas esse.

Latronum Insule magnitudo.

Quæ refeſtoria hîc acceperunt, magno ipsis commodo venerunt. Nam scorbuci malignitas iam plures grauius obfederat, ita, vt sine his fructibus durare diutius non potuissent. Quibus gustatis, tamen, non leuiter reficiebantur ac recreabantur.

Sub meridiem 17. diei, ex hac Insula soluentes, vela in occasum direxerunt meta ad Philippinas proxima.

Ad Philippinas per-

Die 18. Generalis cum senatu bellico statuit, ad *Promontorium Spiritus sancti* cursum intendere. Caput istud sub 13. gradu in Freti *Manille* parte Orientali intra *Philippinas* situm est: à quo post eà per Fretum tranſmittentes, ad Insulam *Capul*, 25. circiter milliariibus interius sitam, peruaſuri erant, ac ibidem tam diu anchoris incubituri, dum pertexendi cursus se commoditas offerret.

Die 20. Zephyrus cum Cæcia, & gelu intento incubuit; vt via nulla alia, quam intra solstitium hybernum procedi posset. Circa meridiem altitudo 13. grad. erat: vbi aduersus ventis ac copiis pluuiis certatim impetebantur: quæ tempeſtas non remisit prius, quam *Philippinas* attingerent. Sex integris septimanis meram pluuialem aquam potarunt, vt alterius compendium facerent.

Sex septimanis pluuias potat. OCTOBR.

Die 14. Octobr. circa auroræ horam sextam, terram quandam cõspicati sunt admodum editam, à se versus Occidentem & Septentrionem sitam. A qua cum 10. ferè milliariibus abessent, putabant eam *Capul Spiritus sancti*, sub 13. gradu iacentis esse, quod prægressa die Gubernatores altitudinem 13. graduum, minut. 7. dinumerassent. Itaque cum cursum suum ad terram illam dirigerent, fauces seu introitum quandam in latere australi deprehenderunt, quem primo aspectu Fretum *Manille* esse autmarant. Huc ergo actis nauibus permeabant. Circa meridiem stationem quandam borealem, iuxta introitum attingentes, ibi post scopulos 12. passuum anchoras iactarunt. Quæ certè statio commoda & tuta, introitus istius loci erat, tria circiter milliaria latitudinem habens, seseq; tam longè extendens, vt fines eius oculis assequi non possent. Quibus ex notis iam nihil dubitabant, quin hoc verè Fretum illud esset. Sed euentus longè aliud exhibuit.

Sub auroram diei 11. à prædicto angulo, qui Insula erat, soluerunt, vt Fretum permittendum adirent. Cumq; intra Septentrionem Occasumq; impulissent aliquosque, in Australi latere anchoras iactarunt. Ex Septentrionali quidem latere Promontorium acutum eminebat: sed versus meridiem mera continens prospiciebatur. Eo ergo loco dum moras facerent, scapha exposita per flumen amœnum in latere australi terram adierunt, vtrinque arboribus confitissimam. Ibi *Indos* aliquot in tuguriolis agentes deprehenderunt, admodum egenos; quos linteolis aliquot & cultris (quæ ipsi non magni faciebant) donantes, ad Generalem cum paucis fructibus reuersi sunt.

Terram per reginam ingreſſiuntur.

Die 16. manè grandis *Canoa* siue *Balfy*, cum *Canois* nonnullis minoribus, appulit. In maiore *Canoa Hispanus* erat, qui sclopo eliso ter signum dabat, cui toties *Hollandi* responderunt. Qui, cum in naue visis tot hominibus, propius accedere trepidaret: *Hollandi vexillum Hispanicum* volitare fecerunt. Generalis autem quendam è sociis, monachali habitu indutum produxit, qui *Hispanum* ad nauem allectaret. Quo viso securior *Hispanus* nauem ascendit. Quem cum Generalis humaniter saluasset, significauit, Gallos adesse, Regiæ Maiestatis Commissarios, quibus in *Manille* nauigandi propositum stare. Cæterum propter nauigationis diuturnitatem annonæ ac comæstus quam maxime indigentes esse. Cumq; Pilotum suum pridem perdidissent, vbi terrarum iam versarentur, se nescire. Quibus auditis *Hispanus* eos de omnibus sigillatim expediuit, dicens: Hûc, in quo iam versarentur, sinum magnum esse, & *Baya la Baye* vocari, ac à freto *Manille* 7. aut 8. milliariibus versus Aquilonem abesse. Terram autem vicinam hanc, oryzæ ac ciborum aliorum feracissimam esse. His dictis, comitibus *Indis* etiã illicò mandauit, vt oryzam, gallinasq; ac porcos ocyus afferrent. Quod ipsi nulla mora statim confectum dederunt, ita vt *Hollandi* rerum omnium apparatus haberent, præſenti tamen pecunia redemptum.

Comæstus Hollandi subtili cõmento potantur.

Die 27. alius iterum *Hispanus* cum oblecta ac velata *Balfy* ad nauem venit. Is bipenni instructus, eius loci prætorem agebat, Franciscus Rodericus vocatus. Alceri priori nomen erat *Henricus Nyges*. Per illum fructus quoque nonnulli, ac oryza, gallinæq; ac porci ad nauem allati sunt, quos adnumerata pecunia Generalis omnes redemit, pro quolibet porco dimidium Regalem octonorum reponens. Nam porci huius loci nõ admodum magni sunt. Par gallinarum, Regali vno: oryzæ mensura, 60. libris constans, 6. Regalibus seu 30. siberis argenteis (nam argento ibi nihil accipitur) vendebatur.

Huius loci indigenæ magna parte nudi incedunt. Nonnulli tamen eorum linteam vestè corpori iniiciunt. Multi ibidem *Indi* quoque reperiebantur, *Hispani* facti: qui caligis ac runicis vt ebant. *Indi Hispani* enim *Indorum* præcipui, olim genus suū à gubernatoribus ac præfectis *Indiarum* acceperunt. *nifacti.*

Qua tribu-
ra Indi Hi-
spanis pan-
dent.

Horum cutis miris ac iucundis puncturis incisa est: quæ maculæ seu schemata semel cuti inserta, nunquam delentur aut obliterantur. Nam scalpellis in cutem profundius demittuntur. Hi ipsi hoc nunc tempore inter vulgares & plebeios post Hispanorum aduentum numerantur. Hispani enim imperio nuntique suo nunc passim vniuersa moderantur, Indosq; sibi omnes vestigales fecerunt, ita, vt pro qualibet persona, quæ annum vigesimum superauit, decem Regales simplices pendendi sint. Hispanorum illic numerus non magnus est. Et hi pauci nihilominus simplices istos facili negotio coercere norunt. Sacerdotem secum vnicum habent, eumque magnæ autoritatis ac æstimationis. Solusque sacrificorum defectus in causa est, quod finitimas omnes illas regiones Hispani nondum occuparunt. Quamquam etiam plurima loca, vbi nec politici nec clerici Hispani habitant, Hispanis nihilominus tributaria sunt. Quorum locorum vniuersorum Manilla metropolis est, in qua Gubernator vices Regias obit.

A meridie Generalis quendam *Jacob Lock*, tormentis præfectum, ac linguæ Hispanicæ gnarissimum, cum Hispano *Henrico Nunes* in terram emisit. Hunc verò, quod ad naues fructus varios ac commeatum necessarium vberimum aduehi curasset, honorariis ac donis amplis affecerat. Hispano huic nihil aliud persuasum erat, quam naues has commisit regio Hispanico instructas esse, quod ante has alix nullæ hoc loco appulissent.

Hollandi-
de comœatu
regio com-
pellantur.

Die 18. circa horam nonam, alia maior *Canoa* velata ad naues accessit. Hac Capitaneus loci cum clerico seu sacrificio aduehebat. Qui cum percontarentur, an ad naues tutus sibi accessus daretur: annuente Generali Capitaneus solus nauem ascendit, sacrificio in *Canoa* relicto. Itaque postquam Capitaneus in conclaue Generalis introiisset, de commeatu Regio exhibendo apud Generalem institit, dicens, expresso Regis Catholici interdico cautum esse, ne cum vlla natione exera commercia haberent, aut vllis annonam resque alias adueherent. Generalis itaque, postquam Capitaneus commeatum *Principis Mauriti* exhibuisset: eo lecto, Hispanus non leuiter admiratus est, qui primò persuasum habuerat, naues eas, ex *Nona* Hispanicæ ciuitate *Acapulco* appulisset. Iam ergo, in quorum manus incidisset, liquido videbat. His ita sese habentibus, Generalis quædam Hispanum cum literis emisit, qui *Jacobum Lock* citra læsionem ad naues reduceret, minatus, nisi id fiat, se eius loco Capitaneum retenturum esse. Is *Rodugarius Chiron* vocabatur. Qui cum rantisper in naue retineretur, ipsemet sub vesperam scriptas literas emisit, vt festinò ad impune Hollandus è terra ad naues reueheretur.

Die 19. *Canoa* magna ante meridiem ad naues adpulit, qua prior sacrificus iterum aduehebatur. Is literis ad Generalem datis petiit, vt autographum suum, ordinario sigillo munitum mitteret, sponderetque, quod dimisso & restituto *Hollando*, *Hispanicum* Capitaneum liberum dimisurus esset. Quo ita vtrinq; constituto, ac *Hollando* recepto, Generalis Capitaneum quoque donariis prius ac hilari conuiuio affectum cum pace dimisit.

Quo medio
Hollandus
ab Hispanis
recuperatus
sit.

Ab hoc porò tempore, nec fructuum nec annonæ quicquam ad naues ab *Indis* conuectum est. Itaque, vt hinc se emouerent, ac frerum *Manilla* adirent, paulatim rursus adornari cæperunt. Nam hanc in rem secum *Indum* quendam referuarant, cui omnis illius regionis conditio vsque ad *Capul* Insulam cognitissima erat.

Ad Manille
pergunt.

Sublatis ergò anchoris, ex sinus parte Septentrionali egressi, easdem propter subitò incumbentem aduersum ventum iterum breui mittere compulsi sunt.

Duo Hispani
Generali
literas offerunt.

Die 20. exorta luce *Canoa* iterum quædam ad naues contendit. Qua qui aduehebantur, cum de saluo conductu percontati essent: prætorix naui propius successerunt. Hi duo milites *Hispani* erant, literas à Capitaneo suo, qui se in ora vicina spectandum dabat, perferentes. Is literis præsentibus commemorabat, quod à summo prouinciarum illarum præfecto cum aliquam multis militibus missus esset, vt pacem ac salutem illorum locorum turaret. Postquam ergò intellexisset, naues binas in sinum istum incurrisse, nec tamen, qui ac quales essent, compertum haberet, siquidem rumor, *Anglos* quosdam illic appuluros esse, distasset: ideo officii sui ratione sibi incumbere, vt, cuiates essent, certus exploraret, & hac de causa duos istos milites amandaret. Cæteroquin in aliis omnia humanitatis atque beneuolentiæ officia se aduenis addicere ac spondere. Generalis ad hæc respondit, de oblata amicitia ac beneuolentia se imprimis Capitaneo gratias meritas habere. Venisse verò hoc sine animoque ad has oras, vt cum indigenis, de quibusdam necessariis pacifceretur, modo vlla cum ipsis amica, aperta, ac fida tractatio suscipi posset. Cogitare etiam hinc porro cum nauibus suis in *Manillam* pertendere. Hoc responso accepto, *Hispani* milites, ad littoralem pagum *Tabacco* vocatum, vbi diæsus sacrificus habitabat, cum *Canoa* sua redierunt.

Cum ergò iam *Hollandi*, oryza, porcis, gallinis ac similibus aliis probè instructi essent, & prætereà *Indos* duos, in *Capul* singulariter notos, secum veherent: sub primam illico diei horam anchoris emotis soluerunt, & cursum versus frerum *Manilla* intenderunt. Hoc amodo deserto sinu

6. vel 7. miliaribus versus austrum sub grad. 14. situm erat: iuxta quod ipsum *Capul* quoque *Insula* iacebat. At cum toto die ventus ambiguus ac mutabilis perflaret, vltra tria miliaria proferri non potuerunt. Quin & sub vesperam propter aduersitatem venti iuxta vallum boreale 25. passibus anchoras iactare coacti sunt, quo loco abdita quædam caures (quam tamen haud sero deprehenderant) periculum non leue ominabatur. Hic tractus habitatoribus omninò vacuus est, vniuersus vastus ac sterilis, ac perpetuis saxis scopulisque horridus, intra quos nonnulli tamen riui decurrunt.

Cum iam iam nox ingrueret, Cauro de repente idoneo spirante, hunc sinum expedite egredi annifi quidem sunt: sed quod in ipso momento ventus mutaretur, ea nocte nihil profectum est.

Die 21. cum tempestas dubia pertenderet, quantum quidem poterant, cursum proferebāt. Interim liburnica *Concordia* cum *Barquam Hispanicam* prospectasset, ac scaphis ad eā cominus perterrita: eam hominibus planè inanem reperit. Nam qui in ea Hispani fuerant, fuga se eripientes, nauem anchoris incumbentem destituerunt. Hæc trium aut quatuor onerum capax erat. Ingressi ergò modicos circiter 25. oryza, & 70. gallinas in ea inuenerunt. Interea ventus tam rapidus ac tumultuosus de repente confurxit, vt parum abeslet, quin sæuitia eius & vela & mali omnes deiicerentur. Nam nec expeditissima industria vela colligere propter repentinum tempestatis insultum licebat. Turbo iste ex medio ortu austroque tanta concitatione & præcipitantia incubuerat, vt rapidiorem ac violentiorem toto eo itinere antea nullum senserint. Coacti ergo versus littus Septentrionale declinauerunt, vt portu idoneo inuento sese quodammodo tueri possent. Nam in australi latere fundus anchoris idoneus nullus erat. Ibi dimidii miliaris interuallo à terra anchoris iactis, cum paulò post venti vis nonnihil remisisset, Capitaneus *Biesman* cum nuper occupata scapha seu *Barqua* ad Generalem contendit. Is ergò bonis repertis extra actis *Barquam* securibus concidi fecit: quæquam *Indicus* Pilottus fuisse cuiusdam Hispani dicebat, qui præter oryzam ac gallinas, asferes quoque, in transitu imponendos, in *Mannillen* inuecturus erat. Eo loco propter aduersi venti renisum ista nocte anchoris obhærendum fuit.

Barquam Hispanicam inuadunt.

Die 22. Cauro spirante, obliquatis velis è sinu illo eluctari tentarunt. Nam totius diei malicia mira erat. Circa vesperam mare iterum omne infremuit (etsi serenitas aëris magna esset) vt 16. miliaribus in Oceanum porrigitur, in quam fluctus concitatissimè ac æstuosissimè illidebantur. Huc naues quoque tanta violentia impellebantur, vt interitus periculum iam proximum esset.

Ex La Baye sinu eluctari non queunt.

Nam nec ad anchoras figendas fundus dabatur, & ventis contrariis entis impossibile erat. Hoc statu, cum iam seruandæ vitæ spes tenuis efflueret: singulari Dei prouidentia accidit, vt cū repente oborto Euro nonnihil nauem deflecterent, & naufragium instans euitarent. Sed eo diu gaudio frui non licebat. Nam crebris altis que subinde inundantibus fluctibus (ventis etiam iam pacatis) in breuia nihilominus tam violenter subinde coniciebantur, vt citra euidens detrimentum inde elabi posse se non viderent. Nam fundus merè saxosus, anchoris haudquaquam commodus erat. Interim Dei beneficio ventus Caurus magno omnium gaudio spirare cæpit, cuius impulsu à vallo se extricantes, in sinus medium concesserunt. Sub noctem ad eò mare tranquillū fuit, vt protum vorsum obliquis velis per sinum agitarentur.

Valdè periculatur.

Die 23. mane ad littus boreale duorum circiter miliarium interuallo ab angulo extremo, & postea ad sinus angulum aquilonarem eum in locū, in quem primo incurrisent, coniecti sunt. Hinc Generalis cum nonnullis militibus hauriendæ aquæ gratia in terram, desolatam quidem, ac saxis arboribusque sterilibus magna parte horridam, egressus est. Quamprimum excendissent, ipsorum nonnulli *Palmires* ibi repertos esitarunt, ac è riuis aquam potarunt. A quo factum est, vt lyenteria plerique corripentur. Quamquam fatis compertum non esset, vtrum hoc affectu tentarentur ab esitatis fructibus, an potius, quod iam diu nullam terram tenuissent.

Lyenterici sunt.

Die 24. mane sub exortum solis Caurus iterum spirauit. Resumptis itaque anchoris, statione illa, quæ milliariis quadrante circa sinus *La Baye* angulum borealem sub 14. grad. sita erat, enauiarunt. Et cum ad æstiuum solstitium ingrederentur, angulum australem ambire conati sunt. Quo circumuecto, cursum versus Austrum ad *Freti Manille* introitum 6. circiter miliaribus direxerunt. Circa meridiem *Fretum Manille* ingressi, in medio eius *Insulam* visam præternauiarunt, ac circa vesperam, *Capul Insulam*, in penito freto septè miliaribus sitam, attigerunt. Quam tamen, priusquam proxime subiissent, multos discretos vortices in mari obnotarunt. Quos cum primo aspectu breuia esse putassent, fundum tamen deprehendere nullum potuerunt. Sub noctem anchoras in *Insulâ* latere occiduo non longe à terra 25. passibus demiserunt, iuxta angulum quendam sinu arenoso insignem, cui pagus vicinus erat.

Fretū Manille obtinent.

Die 25. Agrestes omnes ex fedibus suis profugisse, & in interiora terræ concessisse deprehensum est.

sum est. Nam cum Pilottus *Indicus*, ut quidam prodirent, è longis in clamaſſet: qui reſponderet, nè quiſquam comparuit. Sed quod vnda impetus eo loco admodum violentus eſſet, emotis anchoris inde in ſinum alium, à priore dimidio milliari diſtantem, proceſſum eſt. (Nam in omni Inſulæ ambitu fundus anchoris idoneus erat; ac Inſula 5. circiter milliarium amplitudinem habebat) ut tormenta in nauem ſuperiorem ſimul efferrentur, & naues quadamtenus fordibus emundarentur.

Tormenta
diſponunt,
& naues
adornant.

Die 27. cum indigenarum neminem quenquam prodire Generalis videret: quosdam ſuorū expoſuit, ac tormentis in domos aduerſas fulminauit, ut hoc terrore inieſto, iſ ſos prodire faceret. Bombardarum ergò hoc fragore audito, *Chinenſis* è pago alio quidam accurrit; quem ex inſidiis emiſſitii *Hollandi* captum, ad Generalem deduxerunt. Is etſi à nullo quidem, quid loqueretur, intelligi poſſet: nutibus tamen ſignificabat, ſe poſtero die cum certa fructuum quantitate ad naues rediturum. Cui ob id Generalis quid doni impertiuit innuitque, præſenti pecunia, quæcunq; adueherentur, æquè omnia ſolutum iri.

Muſicum
amittunt.

Chinenſe ad terram reuerſo, *Hollandi*, qui inſidiarii in Inſulam abiuerant, ad naues redierunt, deſiderato *Ioanne Calewey Londinienſe*, Muſico excellentiſſimo. Hunc opinabantur ab *Indis* oppreſſum eſſe, quod à ſociis aliquanto longius ſe protuliſſet. *Indi* ſiquidem *Pilorum* quoque qui fructuum nonnullorum aduehendorum gratia emiſſus erat, ſecum retinuerunt.

Pilottus
aufugit.

Die 28. *Indicus* *Pilottus* alter quoque, quem ſolum iam adhuc ſecum habebant, per nocturnas tenebras in terram enatauit, & fuga *Hollandos* eluſit, etſi ab his non ſaltem humaniter habitus ſemper, ſed & laute ſubinde tractatus fuiſſet. Huic nomen *Franciſco de Telo* erat, quod nomè à Gubernatore *Manilla*, ſuſceptore ſuo, acceperat. *Indos* enim ut *Hiſpani* ad religionem *Papiſticam* commodius illicerent, Baſiſmo inſtituendis primatum nomina impoſuerunt, & eoſdem, pro forma (quod aiunt) nonnunquam ad officia euexerunt.

Vicos ali-
quos ſuccē-
dunt.

Re cognita de *Iohanne Calewey*, Generalis ipſemet, viris 32. ſtipatus, in Inſulam egreſſus eſt. Cumque vididiſſet, indigenas vniverſos, cum omni ſua re & ſupelleſtile longe aufugiſſe: vicos aliquot ſubdita flamma exuſiſt & concremauit. *Ædes* hæ ſimplici rudiq; ſtructura ex floreis ac ſtramine conditæ, viri erecti altitudine ſupra terram eleuatæ erant: circa quas *Coques* arbores plurimæ diſpoſitæ erant, quibus indigenæ magna ex parte victitabant. *Ibidem* *Hollandi* porcos etiam aliquot ferierunt, quos ſecum ad naues adueherunt.

Generalis autem deliberata cum Gubernatoribus re, ſtatuit, ut in *Manillen* pergeretur. Mounit ergò, ut prouidi omnes eſſent, diligenterque ſecum expendere, an commodū conſultumque eſſet, in portum diuertere. Iuſſit etiam quolibet inſtructos ac paratos in omnem euentum eſſe, ut poſcente re mutuas operas tradere, ſibi que inuicem auxiliare manus præbere poſſent.

Nigro vnus
aufugit.

Die 30. *Æthiops* alter, *Emanuel*, qui in Capitanei *Bieſman* nauis erat, noctu per tenebras fuga erupit. Nam in ſcapam ſeſe demittens, ea in terram erupit, omnis fidei promiſſique immemor, quibus ultro ac lubenter ſeſe cum *Hollandis* manſurum eſſe, ſponderat. Generalis itaque *Nigrū* alterum, qui in prætoria nauis agebat, *Sebaſtianus* vocatus, examini ac quaſtioni ſubdidit. Qui falſus eſt, ſe non ſolum conſilii huius conſcium fuiſſe, ſed ipſummet quoque fugam maturimam mendatatum eſſe, cum conuerſationis huius tædium iam dum cæpiſſet eum non leue. Turpi ergo hac ingratitude *Nigrorum* ſeu *Æthiopum*, qui tamen liberimam eundi & redeundi agendi quoque & quid vellent, poteſtatem habuiſſent, penſitata, Generalis proditorem conſellum glande traici curauit, ut perfidiæ meritam pœnam reciperet. Is vel ante extremum hoc ſupplicium conſtanter adhuc affirmavit, quæ de immenſa illa auri vi, quam *Franciſcus di Buarra* è *Bon Teſu* in mare extubarat, antea dicta & aſſerta fuerant.

Nigro alter
glandetra-
icitur.

Die 31. quaerendi cibi animo populi pars denuo in terram profeſta eſt. Hi loco quodam 31. modios oryzae reconditos inuenerunt quidem, ſed homines (qui in dumeris ac ſyluis longius latebant) nullos offenderunt. Ea re commoti, quatuor vicos alios, quorum quilibet 50. aut 60. caſis conſtabat, igne cremauerunt.

Oryzam
inueniunt.
Vicos qua-
tuor exu-
runt.
NOVEM-
BRIS.

Calend. Nouembr. vento vulturno ſpirante, è *Capul* Inſula ſoluentes in *Manillam* pertenderunt. In eius latere Occidentali plurimæ paſſim Inſulæ conſpicuæ ſunt, quibus, niſi attendatur, naues ita intricari poſſunt, ut reditus perſæpe non facilis ſit, iis comprimis, qui loci eius nullam peritiam habent. Intra Caurum ergò ac Septentrionem eo latere perrexerunt, quo *Manilla*, à *Capul* Inſula 80. milliariſus diſtans, ſita eſt. Hinc autem ubi vix breui itinere perrexerunt, ventorum ſumma quidem quies incubuit, ſed fluctus ita præcipientes inuocabant, ut naues intra medias Inſulas quoquoſerim diſcicerentur. At tamen res periculo vacabat, quod & vnda profundiffima, & locus breuiſus nullis impeditus eſſet.

Die 2. ſub auroram Cæcia ſpirante, à *Capuliam* quatuor ſerè milliariſus aberant. Inſularum earum aliæ ab aliis tribus circiter milliariſus diſtabant. Ibi iuga quoque ſeu ſaſtigia illa, quæ in *La Baye*

Baye prouiderant, vnde ad hæc terrestri itinere admodum compendioſo commeari potuiſſet, at-
rigerunt. Poſtea hauriendæ aquæ gratia in aſtrali latere anchoras fixerunt, vbi terra inculta ac
inhabitata iacebat.

Die 3. languidum Africum ſpirantem naçti, leuatis anchoris, intra Occaſum ac Septentri-
onem immiſerunt, quinque circiter milliaria progreſſi, cum in boreali latere grad. 23. anchoras ia-
ctare cogerentur.

Die 4. pergentes, Cauro curſum ſuum meta obuia intra occaſum boreamque impulerunt.
Nam cum Pilotum viæ peritum nullum haberent, ad mappas confugere coacti ſunt, quæ tamen
multis locis incertæ erant. Interim cum ſcaphæ, à Generali prætentandæ viæ gratia præmiſſæ, è
longinquo *Canoa* quædam offerretur, ad eam propius remos direxerunt. Sed qui hac vehebatur,
continuo in terram ſe effundentes concitatiffimo curſu profugerunt, ac in dumeris ſe occultarunt.
Cumque in colloquium neminem allicere poſſent, *Canoam* ad naues ſecum abduxerunt,
in ea præter oryzae ac ciborum aliorum modicum nihil inuenientes. Quibus exemptis *Canoam*
ſubmerſerunt. Poſthæc cæcia vrgentiore incumbente, naues anchoris firmare compulſi ſunt.

Die 5. ſub auroa iterum *Canoam* quandam verſus occidentem, in Inſulam quandam ſubie-
ctam currentem conſpicari ſunt. A duerſis huius actores, cum Generalis ſcapha quoſdam emiſiſ-
ſet: comprehenſos illos ad naues adduxerunt. In hac *Canoa* 9. Indi inerant, ex *Manilla* nuper digreſ-
ſi, quos *Hollandorum* nemo intelligere poterat. *Canoam* hanc Generalis expilari iuſſit. Sed cum in
ea præter ciſtulas aliquot, linteis reſertas (quæ in *Manilla* emerant) ac viles quædam veſtes *Indicas*
nihil reperirent, conſilio murato *Indos*, in tactis rebus, à ſe liberò dimiſit, duobus eorum tamen
ſecum ſeruat, qui viam rectam in *Manillam* oſtenderent. Apud hos literas Gubernatoris, ſigillo
regio munita, ac ſacrifico, in *Bouillan* habitanti inſcriptas repererunt. Earum is tenor erat, quere-
las ſcilicet aliquas ad Regiam ipſius Maieſtatem delatas eſſe de quibuſdam *Hiſpanis*, qui iugo &
iniuriis nimis iniquis *Indos* grauarent. Iubebatur itaque ſacrificus, vt deinceps in iſta re
diligenter attenderet, & reos accuſationis, ſumptibus regiis è veſtigio victos in *Manillam* aman-
daret, cuius officii plenam ac confirmatam poteſtatem hiſce ſibi traditam ſciret.

Die 6. cum in ſtatione ſua propter aduerſos ventos adhuc verſarentur, ſub diei exortum ex-
cuſſi ſcloperti fragorem obaudiuerunt. Itaque ſtatim duæ ſcaphæ cum 20. militibus ſeu Muſque-
tariis ad locum illum, vbi crepitus ſcloperti auditus eſt, emiſſæ ſunt. Hi remis eoſque ſe promo-
uerunt, dum tandem *Barquam Hiſpanicam* offenderent. Cuius vectores, quam primum appulſum
ſcaphatum viderunt, in terram egreſſi, ſyluis ſe immiſerunt, ac *Barquam* deſeruerunt. In hos quo-
ties *Hollandi* fulminabant, toties illi eodem ſigno reſpondebant. Nam in illa naue quatuor *Hiſpani*
cum aliquam mulctis *Indis* veſti erant. Tandem tamen *Hiſpanus* quidam prodiit, cum *Hollandis* ſer-
moneſ caſurus. Hunc cum blandis verbis *Hollandi* diu rogitaſſent, vt citra omnem metum ſecum
is ad naues commearer: perſuaſione victus, id fecit. Hic de rerum ſtatu rogatus, retulit, ſe cum tri-
bus *Hiſpanis* è *Manilla* nunc venire, & ad *Saubon* properare. Hoc enim, in loco *Hiſpanorum* plurimos
congregari, qui expeditionem in *Moluccanas Inſulas* facturi ſunt. Harum enim incolæ, certa manu
lecta nonnullas Inſulas vicinas inuaſiſſe, eadem diripiſſe ac expiſaſſe, ac ſacrificum loci *Hiſpanum*
obtruncaſſe. Ad hanc ergò iniuriam vindicandam in *Manilla* copias cogi & inſtrui, aduerſus Mo-
luccanos dimicaturas. Hi *Hiſpani Canoam* ſua dolium puluere pyrio ſemiplenum, cum multis pilis
miſſilibus, ac Muſquetra ſolitis longe maiore vexerant. Præter hæc nihil ſingulare inerat, ſi exci-
pias fragmenta quædam ferri, & veſtes eorum, qui profugerant, & parum commeat. Quibus om-
nibus à Generali exemptis, multis foraminibus nauem pertundi iuſſit, vt ad nullos vius dein-
ceps faceret. Hi iam die 10. à *Manille* aberant.

Die 7. mane circa horam nonam, nauem quandam verſus ſtationis partem Orientalem cõ-
ſpicari, emiſſis ſcaphis duabus ad eam propius illicò appulerunt. Hanc correptam, ad Generalem
egerunt. In ea 7. *Chineſes*, 215. modios oryzae, & certam plumbi quãtitatem, ac magnam concha-
rum copiam, in *Manillam* inuecturi erant, ex *Combou*, à *Manille* 120. milliarium interuallo, diſtante,
quo iuſſu Gubernatoris 40. ſtipendiarios milites *Hiſpanos* ad prænominatam expeditionem tra-
iecerant, aduentantes. Hæc nauis quinque veſtes ſex onerum erat, ad ſpeciem *Chineſium* efficta
nauium, prora camini forma, ſuſpenſis ligneis anchoris eminebat, quarum funes ex ſparto ſeu a-
rundinibus conſtabant. Interius, proluues ſeu emiſſarium, cum foro concinnè, ac artatè con-
ſtructum erat. In nauibus mundicie ſummè ſtudent: nec niſi ligneis anchoris vtuntur ad naues
etiã 200. onerum capaces. Dominus huius nauis *Chineſis* ex *Canton*: Pilotus verò cum care-
tis nauis ex *Chinchoo* oriundi erant. Quæ duæ regiones eſt inter ſe certis ritibus diſtinguantur:
nihilominus tamen communi lingua vtuntur, & diſſidiis plerumque grauiffimis diſcordant. Re-
gionis huius peritiffimi erant, comprimis autem Pilotus, qui inter *Lufitanos* in *Malacca* & *Macca*
tempore

tempore longo egit: ex quorum conuerfatione *Lufitanorum* quoque linguam addidicerat. Itaque Hollandorum votis is admodum opportunus accedebat: cum sine monftrato eo curfum fuum, conficere ægrè potuiffent. Generalis ergò dominium nauiculæ cum Pilotto fua in naue fecum retinuit, & *Chinenfibus* cæteris 10. vel 12. viros addidit de fuis, quorum moderator erat *Iacob Theuiff*. In ifta *Chanpan* feu naui *Chinenfi*, quinque *Chinenfes* relinquebantur, qui eam fuo modo proferrent & gubernarent. Nam *Hollandi* ipfa vti minimè norant. Ex huius nauis opulètia *Hollandi* 50. modios oryzæ fibi vendicantes, cætera omnia intacta relinquebant.

Die 8. in Cabo prædicto morati funt. Ibi Generalis nauclerum ac Pilotum *Chinenfem* præfente fenatu bellico de omni *Manilla* conditione ac ftatu rogauit. Qui refponderunt, ex *Noua* *Hispania* ibi duas grandes naues fubfiftere, quæ in *Mexico* quotannis vela facere folerent. Eodem in portu nauem quoque *Tentonicam* agere, à *Malaccanis* retro redemptam. Et has omnes naues in portu *Cubite* dicto, recta ante *Manillam* confpicuo, duorum milliariū fpatio, anchoris incumbere: ac ante portum hunc duo caftella feu propugnacula, pro defendendis dictis nauibus iam inanimibus, inftituta effe. Cæterum, quod ciuitatem *Manillam* atrineret, eam dicebant, hoc tempore aggere firmo ac faxofo vndiquaque cinctam effe, & extra hanc plures 15000. *Chinenfibus* habitare, qui officiiis ac commerciis variis vacent. Ad hanc præter eam quotannis vltra 400. naues ex *China*, nimirum ex ciuitate ac regione *Chinchoo* cum ferico ac mercibus pretiofis aliis commeare, ac illis permutatis, argentum pro mercibus auhere: nauesque has certo anni tempore, nempe à Decembr. mense vſque ad Paſchatos Feſtum, appellere ſolere. Tum addebat hoc etiam, præter dictas naues, duas alias quoque ex *Iapan* propediem appulſuras effe, quæ ferraméta, ac metalla alia, cum lardo ac cibus fimilibus adueherent.

Hæc vniuerſa, poſtquam Generalis cum ſenatu accuratius penſitaſſet, optimum effe ſtatuit, ad ſinum vſque ante *Manillam* poſitum curfum pertendere.

Pilotus ſiquidem recenſuerat, ibi paruam quandam Inſulam *Marabilles* vocatam, ac quindecim circiter milliariis à *Manilla* diſitam, anchoris fundandis admodum commodam effe, & ex hac ſtatione rerum omnium ſtatim diurnis excuſſionibus ſubinde explorari poſſe. Eodem ergo illico die ex ſinu enauigarunt: in quo partim propter malaciam, partim propter aduerſos ventos diebus integris quinque obhæferant, & inde *Hiſpanicam* hanc Barquam interim corripuerant.

Marauilles
ſiue *Mirabilis*
Inſula.

Die 9. vento Euro perſtante intra Occaſum ac Septentrionem peruadentes *Maſſabaten* Inſulam præternauigarunt, & ad *Manillam* curfum intenderunt. Circa meridiem cum fines *Maſſabate* attigiſſent, curfum ſuum propter venti commoditatem tota nocte intra Occaſum ac Septentrionem incitauerunt.

Die 10. circa veſperam ſpatioſam Inſulam *Bankingle* attigerunt. Cui dum ſuccederent, repente tanta ventorum tranquillitas incubuit, vt vicinam ſtationem occupate non poſſent. Tota ergò nocte naues propter ventos inſtantes paſſim in æquore iactatæ fluctuarunt.

Die 11. exorto Sole ſe à prædicta Inſula integri milliari ſpatio abactos effe viderunt. Et cum malacia prior continuaret, hoc die ſtationem vicinam ægrè obtinere poterant. Nihilominus tamen veſpera appellente à prædicta Inſula interuallo dimidii milliari anchoras fecerunt, fundum bonum 18. paſſuum tenentes.

Die 12. cum vtriſque ſcaphis hauriendæ aquæ inſtituto in terram egreſſi funt. Nam diſcretis illic locis aquæ copia magna parabilis erat. Quam vt tutius inuaſare poſſent, armis inſtructos præſidiarios quoſdam diſpoſuerunt, qui *Indos*, fors è ſylua ex inſidiis erupturos arcerent & proſtigarent. Confecta re, ſub veſperam pluuiofam ad naues reuerſi funt.

Liburnica
perdit anchoram.

Die 13. ex auctro ortuque procellis tam læuis irruentibus verberati funt, vt *Liburnica*, *Cordia* dicta anchora ſue iactura faceret, & hac ſpoliata iam mero ventorum arbitrio agitaretur. Pari ratione funis quoque prætoriæ nauis diruptus eſt: quam tamen alia anchora iactata promptè refixerunt. Circa meridiem, cum aer ſerenior & tranquillior eſſet, prætoriæ anchora recuperata, curfum paulò longius ea promouit, & iuxta *Liburnicam* ſub prædicta Inſula conſedit. Quæ, quod perditam anchora recipere non poſſet, aliam à Generali accepit: qui tamen ipſemet præter duas, & totidem funes, ſuperſtites non habebat.

Die 15. cum infra prædictam Inſulam anchoris incumbere, tantum aquæ hauferunt, quanto ſibi opus fore cenſuerunt. Nam dolia pleraque impleuerant: cui negotio ea Inſula commoditatis plurimum contulerat. Ventus tamen ambiguus, ac aer denſis imbribus horridus erat.

Duas Bar-
quas capi-
unt gallinis
porci &
plenæ.

Eodem die duas *Barquas* gallinis ac porcis onuſtas prædati funt, quæ tributum ſuum, ex aliquot vicis, *Hiſpanorum* imperio ſubiectis collectum, in *Manillam* conuecturæ erant. In his 250. gallinæ, porci autem quinquaginta capiebantur: pro quibus Generalis *Indis* linteæ faſces aliquot, pretii loco impertiuit, cum ſcripto ad Gubernatorem dato, quo aduentu ſuū illi nunciabat. Hæc præda

Hollandiſ

Hollandis admodum tempestiua ac opportuna venerat: cum illic loci alias *Indi* vniuersi ad conspectum eorum fugitarent, nec quicquam alicunde redimere possent.

Die 16. leuatis anchoris, ex *Bankingle* Insula, lata ac edita in ambitu 12. vel 15. miliaria complexa, soluerunt. Ea ab *Indis*, *Hispano* vetricigalibus habitatur: in qua olim quoque sacrificus egerat, qui tamen tunc temporis absens aliò emigrarat. Itaque cursum suum intra Occidentem Septentrionemque versus Insulam *Mindore*, à priore statione 8. circiter miliaribus distante, direxerunt: in cuius aduerso alia quoque Insula *Lon bon* dicta, duorum miliarium interuallo absita est, ita ut eo loco propter oppositas Insulas transitus angustus sit, cum in harum medio alia adhuc minor Insula cubet, iuxta quam vtrinque nauibus transiri potest. Antequam verò penitus *Bankinglen* desererent, iterum duas alias *Canoas* nacti sunt, 30. porcis & 100. gallinis, in *Manillam* vehendis oneratas. Et cum hæc quoque sibi omnia vendicarent, partem carnis suillæ sale condierunt, ut diutius incorrupta perduraret. Canoarum autem dominos, cum litteris suis ad Gubernatorem, in *Manillam* dimiserunt, quibus significabant, se rerum summa penuria coactos tributum ibi intercepisse. Circa vesperam mari tranquillo, angustias ante *Mindoren* transmittere non poterunt.

Die 21. cum incerto passu propter malaciam adhuc ferrentur intra *Mindoren* & *Bankinglen*, vbi quarriduo integro iactari peruadere non poterant: coacti ad Insulam retrò commearunt. Ibi ergò *Barquas* aliquot siue *Champans* ex freto *Manilla* egredi videntes, duodecim *Musquetarios* scapha ad eos sustinendos emiserunt, ut ex ipsis statum *Manilla* percontari possent. Sed & ad scapham defendendam *Capitaneus Biesman* ponè insecutus est. Interim *Musquetarii* incitato cursu ad nauem quandam auidi properarunt, ut eam priusquam terram attingeret, corripere. Sed hac velis perniciousa *Hollandos* anteuertente, quicumque in ea deueherentur, confertim exiliuerunt, & fuga quoquo versus effusi sunt. Sic *Hollandi* nauem vacuum, storeis constratam occupantes in ea habitum sacerdotalem, quem profugus sacrificus reliquerat, inuenerunt. Hæc dum agerentur, à *Manilla Barqua* alia appulit. Quam cum *Generalis* insectaretur, *Hispani* cum suis *Indis* certatim ad terram remos agentes, fuga sese proripuerunt: quos prætoriam scapha destituta, ob id sectari minimè potuit.

Media nocte, *Iacob Thuniss*, *Chanpan Chinenensis* occupatæ præfectus, ad prætoriam contendens *Generalem* rogauit, an in latas australe euagari deberet, ut *Capitaneum Biesman*, cum scapha sua adhuc absentem, requireret. Hic *Generalis* per Gubernatorem suum renunciauit, ut non egredieretur, sed hac nocte prætoriam vicinus expectaret. Quem ob id, cum propter densas noctis tenebras accuratius non obseruarent, pro accepto mandato munus suum executurum existimauerunt. Cum verò illuxisset, rerum statu dispecto, nec *Chanpan*, nec præfectum eius vllibi locorū viderunt: ut iam certò suspicarentur, à quinque illis *Chinensibus*, qui vnà in naue illa erant, incautos ac parum vigiles, omnes cæcos ac obruncatos esse.

Die 22. Celox siue *Liburnica Concordia*, quæ in huius Insulæ sinu quodam anchoris nisâ fuerat, & propter incumbentem tempestatem grauiorem prætoriam è conspectu amiserat, manè ad *Generalem* pertendebat. Hæc in transitu nauiculam quandam ex *Manilla* venientem conspicata est. Ad quam priusquam appellere possent, illa iam oræ admota, omnes aufugerunt. *Hollandi* tamen nauem siue *Fregatam* ad formam triremium industriè concinnatam inuadentes, animaduertentur, eadem *Hispanos* nonnullos cum signifero vectos fuisse: cuius rei documentum ex vexillo relicto *Hispanico* ac nonnullis vestibus sumpserunt. Sed mercibus ac repertis rebus extractis, *Fregatam* funditus merferunt. Hoc confecto ad *Generalem*, qui iam porrò vadendi in procinctu erat, redierunt. Et cum ventus admodum commodus esset, cursum suum intra Occasum ac Septentrionem per angustias *Mindore* continuâtes, metam ad *Manillen*, triginta inde miliaribus adhuc distantem legerunt.

Hoc tempore *Iacob Thuniss*, cum *Chanpan* ac focis nedum redierat. Itaque de istis quid actū esset, admodum solliciti fuerunt. Et licet suspicari facile liceret, *Hollandos* omnes à *Chinensibus* obruncatos esse: certa tamen veritatis documenta haurire ex nullo poterant. Cumque nauis illius *Pilottum*, qui in prætoriam translatus erat, quid de re ista sentiret, interrogassent: se quidem dicebat de istis nihil certius compertum habere: nauem tamen suam cum mercibus perditam. haud leuiter dolere. Nomina, qui in *Chanpan* fuerunt, sunt: *Iacob Thuniss Osterwick*, Gubernator: *Nomina Cornelis Dierckss ex Vrecht*: *Cent Adrianens*: *sex Vlissinghen*: *Nicolaes Cassier*: *Ian Ians Atep*: & *Pieter Ians Batavori*, qui in nauis *Chinensi* fuerant.

Die 23. manè Argesten adepti sunt. Nam prægressa nocte ferè tota propter tranquillitatem ventorum, vela obliquare cogebantur. Itaque cursum suum intra occidentem ac septentrionè intendentes, circa meridiem *Mindore* angustias attingerunt, *Mindoren* quidè ipsam cum altera in medio posita Insula à dextra, *Lonbon* verò Insulam à læua relinquentes. Intercurrrens inter has Insulas

latitudo, milliare vnum supplebat. Freto seu angustia transmissa, propius ad Septentrionem declinarunt, vt iugum superius, à quo in continentem *Manilla* turus excursus datur, occuparent. Nam illic ex vna parte terra firma, ex altera apertus Oceanus patet. Eo ergo toto die ac nocte cursum suum intra Septentrionem ac Occasum impulerunt, terram ipsam è còspectu nunquam dimittentes.

Die 14. sub exortum Solis decem circiter milliibus à sinu ante *Manillam* posito aberant. Iugum eius versus Austrum ac Septentrionem ad angulum vsq; sinus exporrigitur; quod circa meridiem euincentes, in vicino loco ingressum amplum, quinque milliibus diffusum deprehēderunt, quæ fauces erant sinus *Manilla*. In medio eius *Mirabilles* Insula sita est: à qua si prospectus feratur longius, orbica Insula alia apparet, formam pilei forinsecus exhibens. Cæterum hinc ad latus occidentale pronauigarunt, cum ad *Mirabilles* Insulam penetrare non possent, in sinus parte occidentali anchoras firmantes, cum à *Manilla* ciuitate 12. adhuc milliibus abessent. Ibi terra admodum deserta ac in culta quædam visitur. Secundum quam *Canoam* quandam corripuerunt, sex *Hispanis* ac aliquam multis *Indis* oneratam, sed ex his de statu *Manille* nihil expiscari poterāt, quod se *Mirabilles* Insulæ incolas esse prætenderent.

Die 26. in prætoria nauis omnis senatus bellicus conuenit, vt deliberatio susciperetur, quoniam modo rebus omnium optimè consuli possiet. Cum quæ de hacre *Indus* singulari examine audiretur: consultissimum ac tutissimum esse decreuerunt, vt in littore ad 10. aut 14. vsque Februarii moræ fierent: siquidem à Pilotis *Chinensibus*, qui tam loci istius quam *Indiæ* Orietalis exquisitam noticiam habebant, intellexerant, intra octiduum duas ex *Iapan* naues ferro ac farina oneratas in *Manillam* appulsuras esse: quas postea, mense vel Ianuario vel Februario, vel Martio, naues quoque *Chinenses* insecuturæ sint, sicut fusius superius commemoratum est. Has ergo in littore expectandi consilium erat, vt periculum fieret, an cum his commercia iusta & idonea agitari possent. Et hoc decretum, scripto exceptum, propria cuiuslibet manu subscriptum est.

Eo ergo in loco sua quasi castra egerunt, iam quidem prorsum, iam iterum vrsus non nihil procedentes, & magna parte anchoris quieti incumbentes. Hoc enim anni tempore solusistic Eurus perflare sueuit, nulla mutatione aut vicissitudine variabilis. Circa fines istos sinus ac anguli diuersi sunt, fundis idoneis omnes insignes. Et à sinu ante *Manillam*, terra ad Occasum ac Septentrionem excurrens, in angulum quandam sub 15. gradu in lineæ parte boreali positum excurret, duodecim circiter à dicto sinu milliibus distans. Et hinc terra iterum ad *Pagesmany*: quæ continenti *Manilla* cohæret, diducitur: quæ Insula *Lusson* dicitur, ac ipsa *Anglia Scotiaq;* iunctis maior est. In confinibus istis complures aliæ magnæ quoque Insulæ visuntur, *Hispanorum* iurisdictioni vniuersæ subditæ, ac vectigales. Ea enim gens cum egena & pauperula sit, atque nuda (quæ tamen agi, facili opera potuit. Hæ quidem Insulæ ex se & soli fertilitate non admodum opulentæ sunt: negotiationibus tamen incolæ crebris cum *Chinensibus* operam dantes, frequenter admodum ditescunt. Nam commerciorum tractandorum peritissimi sunt.

DECEMB. Die 3. Decembr. cum Generalis fixis anchoris incumberet: Capitaneus autem *Biesman* naue sua prorsum vrsus peruaderet: magnæ cuiusdam nauis, ex alto Oceano accurrentis indicium accepit. Hanc captam ad Generalem adduxit. Hæc vna istarum nauium erat, de quibus Pilotus antea indicium fecerat, ferramentis, farinaque ac pernis onerata, cuiusmodi merces ex *Iapan* in *Manillam* vendendæ conuehantur. Ista nauis onerum 50. capax, 25. dies eo itinere obruerat, aliarum trium, quæ tempestatum vi disiectæ sunt, comes ac socia.

Iaponicarū nauium descriptio. Harum nauium mira structura ac forma est. Parte anteriore latæ ac camini specie expansæ sunt. Vela earum ex arundine aut alga contexta, voluulo contrahuntur: quas anchoris ligneis firmant. Funes harum ex stramine parati sunt. His iter suum mira & incredibili celeritate conficere possunt. Huius nauis Capitaneum, ex *Iaponia* oriundum, Generalis lautè accepit. Nomen eius erat *Iamissta Civissamundo*. Vestibus *Iapones* ac tunicis oblongis vtuntur, habitui *Polonorum* ferè similibus. Capitanei (qui genere nobili erant) vestes ex serico lucido, foliis ac floribus intertextis, mira arte ac industria veluti pictæ visabantur. Capillis nouacula rasos *Iapones* se vniuersi caluos reddunt, in solo occipite floccum vnum retinentes. Bellandi gens peritissima & prudentissima est, corpore procero ac quadrato. In *Iaponia* quæ arma cuduntur, omnium totius *Indiæ* Orientalis optima ac nobilissima sunt, vt sunt acinaces, sclopi, arcus, tela, quorum *Hollandi* certa generia nacti sunt. Acinaces acutissimi ac penetrantissimi sunt, ita vt in *Iaponia* dicantur inueniri homines, qui vno ictu tres viros detrun care valeant. Emptores bonitatis indicium à cæso sclauo sumunt. Preterio magno veneunt, & ab omnibus magni sunt.

Iaponia olim multos Reges nouerat, qui se mutuis subinde bellis conficiebant. Nunc vniuersa vnus imperio subiecta est. *Lusitanis* quidem in *Iaponia* negotiationes ac commercia libera

Interfaciunt decem Japonenses.



rima sunt: sed iuris ac potestatis eorum nihil quisquam habet præter *Iesuitas*, qui negotiationes illic omnium amplissimas agunt. Hi verò plerique omnes *Lusitani* sunt: qui dum in *Iaponia* egerunt, maximam primatum ac plebis partem de religione *Papistica* informarunt, & eos variis somniis persuasos in suas partes adeò pertraxerunt, vt ab his iam quasi pro deunculis habeantur & colantur. Hi ipsi *Iesuitæ* sedulè etiam cauent, ne quisquam alterius ordinis Monachus in has terras recipiatur. Sic se rerum ac hominum omnium dominos constituentes, ibi commercia opulentissima ac frequentissima tractant. Horum persuasum aiunt ipsum quoque *Iaponum* regem eò perductum esse, vt acceptandæ religionis spem omnibus mouerit. Illuc *Lusitani* quotannis magna nauimercibus onusta proficiscuntur. Ac olim quidem ingenti commodò quæstuque illuc comœteum est. Hodie verò vltra duplum lucrari non licet. Nam & ipsimet iam pleraque parare didicerunt: & ex *Chinæ* *Chinenses* cum serico ac mercibus aliis abundantissimis illuc subinde comœteant. *Iaponibus* enim in *Chinâ* propter continuorum bellorum pericula tutus transitus nõ est. Tum & Rex nullam exteram nationem in regni sui limites admittit.

Iesuitarum
commerciorum
& veneratio in *Iaponia*.

Huius nauis Capitaneum Generalis de piscium ac farinæ certa quantitate compellauit ac rogauit, pretium pro iis iustum offerens. Is ergò lubens vltro 29. corbes farinæ, & 8. corbes piscibus refertos cum nonnullis pernisi ei obrulit. Ab eodem Generalis etiam anchoram ligneam cû stramineo fune accepit: quo de die ad naues sistendas is vt eatur, cum ab anchoris malè instructus esset. Pro hisce Generalis pretii loco Capitaneo fasciculos aliquot linei panni cum tribus sclopetis reposuit: qua solutione is facile contentus erat. Idem à Generali comœteum etiam ac vexillum petiit. Quæ in honorem sui principis *Hollandi* haud facile elargiti sunt. Post hæc vtrunque discessione facta, *Iapones* porrò in *Manillam* contenderunt, *Hollandis* in littorum priore statione continenter agentibus. Honorarii loco Generalis à Capitaneo etiam puerum octo annorum, patrio more vestitum rasumque accepit. Corporis colore hi fusco sunt, & lingua loquuntur non ineleganti: Characteribus in scribendo iisdem cum *Chinensibus* vtuntur. Vnde fit, vt et si idio-

Annonam
ex *Iaponensi* nauem accipiunt.

Iaponum
& Chinen-
sum lin-
gua diuer-
sa: scriptio
eadem.

Nauem vi-
no onustam
corripunt.
Mox & a-
liam edu-
liu plenam.

E Manilla
naues cōtra
Hollandos
emisse.

Funem an-
chorarium
detruncat.

Hollando-
rum cum
Manillanis
conflictus.

Impar pu-
gna in spe-
rato euetu.

Periculum
periculo
profiga-
tur.

mate quidem ac linguis inter se differant adeo, vt ne quidem syllabam communem habeant: lite-
ras tamen scriptas vtrique legere, & sua lingua explicare haud difficulter possint.

Die 9. Caurum antiquum flantem adhuc fenserunt, iuxta litrus sese anchora lignea nixi cō-
tinentes. Quæ tamen paulò post, cum soluta fuisset, vela ventis dare coacti sunt. Interim Liburni-
ca, quæ ante biduum Caput illud obiuerat, ad naues reuersam vino onustam Barquam, ex qua Hi-
spani profugerant, aduexit. Hoc gustatum, vino sublimato quadam tenus simile apparebat. Id ex
Coquis arboribus parare solent. Vino hoc ad vsus necessarios assumpto, Barqua perterebrata de-
mersa est. Vix hanc nauem exonerant: en, desubitò aliam quoq; oryza ac gallinis onustam cor-
ripiunt: quibus se iam haud leuiter reficiebant. Cæterum tempus prout constitutum erat, in lit-
tore morantes, ex China appulsoas naues prætolari sunt. Nam cum his, isthac necessario transi-
turis, negotiationes certissimas meditantur.

Die 12. Argeste admodum incitato insonante, funis anchoræ lignæ diruptus est. Itaque no-
ua anchora prolata opus fuit. Postea Generali ac Capitaneo Biesman consultum visum est, vt
paulò penitius in fretum pergeretur: quod commodioris portus querendi temporis satis restaret.
Sinum itaque ante Manillam iterum transmiserunt ad latus occidentale declinantes, post cuius
angulum seu prominentiam, 30. pass. anchoras miserunt. Vbi et si quidem fundus satis commo-
dus daretur: ventus tamen Caurus violentus naues haud leuiter quatiebat.

Circa vesperam scapham ad sinum quandam, in quo duæ Chiuensium Chanpan agebant, emi-
serunt. Harum altera oryza nondum decorticata onusta: altera nondum omninò extructa ac pa-
rata erat. Has verò, quod Chiuenses vniuersi ad Hollandorum conspectum profugissent, & in syluas
sese abscondissent, rei indignitate moti subuerterunt & merferunt. Interim tempestas prior ni-
hil remittebat.


Die 14. Iouis, cum vis venti adhuc continuaret, sub exortum Solis duas naues ex Manilla fre-
to ad se properantes conspicari sunt. Quas cum primo inuitu Fregatas crederent: Generalis
scapham suam cum aliquot militibus ad Liburnicam emisit, iubens, vt eius anchoris emotis, Ca-
pitaneus in nauium occursum sese accingeret. Sed propius illis appellentibus non Fregatas, sed
naues maiores eas esse apparuit. Cum ergo magna festinatione tum tormenta sua, tum arma ac
necessaria alia expedirent, quibus poscente casu contra naues aduentantes vterentur: in ancho-
ra extricanda quidem maximo nisu laborarunt, sed eandem tamen eruere minimè valuerunt. In-
stante ergo periculo coacti, funem præciderunt, quod naues hostiles sese iam propius intulif-
sent: quas militares esse ex Manilla emissas, tum ex vexillis, tum indicis aliis æstimare facillè quis
poterat.

Porrò autem & ipse Generalis propius ad Liburnicam sese conferens, Capitaneum adhor-
tabatur primò, vt res lentè tractaret, & tormenta secundum ventum dirigeret. Sed breui iterum
mutata sententia, cum se leuam tenere videret, Capitaneum idem in clamauit, vt inuasionem nau-
ium maturaret, & data occasione primum vteretur. Is ergo recta in hostiles naues in petum fecit.
Cæterum postquam in Hispanicam Prætoriam, quæ prior & propior accesserat, Hollandi sua
tormenta explosissent: eadem Hollandicis nauibus tam propè successit, vt militum turma gregatim
eas iam occuparet, & in tabulata superiora conferentem ascenderet. Hi plerique galeis ac clypeis
auratis insignes, alta voce: *Maina Peros, Maina Peros*, clamitabant, vt *Hollandi* in naues suas descen-
dere omnino cogentur. Iam ergo *Manillani* sese nauibus potitos omnino persuasum habebant,
cum eorum 6. vel 7. contra vnum *Hollandum* subinde dimicarent. *Hollandi* tamen nihilominus in-
fernè hastis ac sclopetis hostes suos tanta fortitudine exceperunt, vt plurimis eorum fusis, iam fe-
rociam suam non obscurè deponerent. Interim & *Vice-Admirans* ex *Manilla* propius se ingerens,
cum sociam prætoriam naue aduena potitam censeret, cursum suum ad celocem intendit. Quo
viso Capitaneus *Biesman*, velis conuersis à Generali discessit, sperans, cum secundo ventò sese ma-
noris hostium ita commodè declinaturum esse. Interim *Admirans* ex *Manilla* toto die cum Præ-
toria *Hollandorum* conferrus cohærebat. Sed tormentis vtrinque non feriarum est. *Manillani* si-
quidem violento bombardarum incussu *Hollandorum* Prætoriam transfersum pertulerant. Con-
tra *Hollandi* nec ipsi quidem frigidè contra luctabantur: qui tamen propter raritatem sociorum,
tandem lassiores redditi, deditioi iam sese parare incipiebant. Nam ex ipsis plurimi vulneribus
attriti erant. Generalis ergo, ignauiam & desperationem suorum militum animaduertens, in na-
uem descendit, ac munitatus est, nisi animo ac viribus resumptis instanter contra hostes pugnatum
ascensuri essent, tum se haud cunctanter in puluerem tormentarium ignem conicere, ac nauem
omnem mergere statuisse. Hoc audito, contra hostes vniuersi, tam vulnerati quam cæteri sani,
tanto iterum imperu *Hollandi* irruerunt, vt hostium pars magna iam è naue præcipitaretur.

Porrò et si quidem *Manillani* duas alias quoque *Chanpan* prædiarias à tergo haberent: ex ta-
men propter horrida bombardarum fulmina propius admoueri non sustinebant. Et cum cæteri
Manillani

Manillaniam à pugna diurnitate admodum eneruati essent, omni studio id agere cœperunt, vt nauem suam ab *Hollandica* expedirent, & ocys extricarent: Quod dum molirentur, maiora sua tormenta *Hollandi* in nauem hostilem crebris vicibus disploserunt, & quacunq; agilitate poterant, ei damnum intenderunt. Tandem verò, cum vix eandem emotis vncis liberaissent & extricassent, ac breui intervallo ab *Hollandis* abscississent: eadem iam manifestè mergi animaduersa est. Nam violentissimis globorum diuerberationibus ita patens ac lacera reddita erat, vt propter conferentem irruentem aquam feruari minime posset. Quæ ob id tam præcipiti ruina absorpta est, vt nec vela nec malus sui vllum vestigium relinquerent.

Hollandi
victoria
potiuntur.
Nauis Ma-
nillana ab-
sorbetur.



Hollandi ergò hostes suos haud pridem admodum feroces ac iactabundos, iam gregatim ante oculos suos obnatantes, & lugubri voce, *Misericorde, Misericorde*, clamitantes, conspicati sunt. Qui in vndis, ranarum more, natitabant, ducenti circiter erant: à quo numero illi excepti sunt, *Numerus* qui vel iam dum merfi perierunt, vel gladiis ac glandibus occubuerunt. Rebus ita pacatis, *Hollandi* vela sua recollegerunt, quod malus maior præfectus, rudentesq; vniuersi miserè obtriti essent. *Hispanorū*. Tum & propter crebras tormentorum exonerationes, tabulæ ac asseres nauium incaluerunt, vt iam manifestè ardere viderentur. Iam ergò, quin victores igne vincerentur & vniuersi conflagrarent, parum aberat. Attamen, cum ad flammam restinguendas promptissimas operas omnes studiosè conferrent, *Dei* beneficio singulari, iis sopitis, etiam ex hoc interitus periculo *Hollandi* eripiunt. Dicitur non queat, quanta deuotione *Hollandi* *Deo Optimo Maximo* iam gratias habuerint, quod ipsos tum ex hoc incendii tum oppugnationis grauissimo periculo forti manu clementissimè eruisset ac eripuisset. Nam victoriam hanc à solo cœlorum moderatore promanasse, qui inficiaretur, nemo erat.

Hollandorū
nauis ar-
det.

Hostium iam viribus attritis, cum *Hollandi* deinceps periculo vacarent, extemporanea opera vt cunq; nauis refarta & reparata, per medios *Hispanos* in Oceano gregatim adhuc natitantes, peruaserunt, multos eorum in transitu hastis perfodientes ac conficientes, & tormenta grandiora in

ra in eos displodentes. Inter hos spectaculo ridiculo sacrificus quoque quidam, ex insigni suo facile nocibilis natabat. In naue Generalis *Hispanorum* caesorum quinque reperi ac in salum ex-turbati sunt, qui pyxides argenteas secum habuerant. Quæ ad apertæ schedulas paruas, diabolicis consecrationibus insignitas, quibus contra tela tutos se præstarent, continere visæ sunt. De huiusmodi siquidem præstigijs à suis sacerdotibus plerunque instituuntur. Vnde fit, vt diabolicis superstitionibus qui Papæ in his locis suam fidem iurarunt, multo contaminatiores sint, ipsi illis, qui vel in media Roma vel Hispania agunt.

*Hispanorū
sede ac
diabolica
superstitiones.*

Hoc conflictu *Hollandorum* quinque cæsi, & viginti sex vulnerati sunt. Caesorum nomina erant, *Huybert Ians de Troyen*, *Simon Ians de Opdam*, *Wouder Adrians de Woerden*, *Iacob Lock de Amstelrum* caesorum redamo: *Adrian Claes Coninck de Hoorn*. Tot adeptis, prætoria naus prius 53. vitis munita, iam infirmior erat. Vulnerati autem à peritissimo Chirurgo, *Alexandro Courtmans Antwerpiensi*, probè ac diligenter curati sunt.

*Hollando-
nomina.*

Cæterum cum iam in mari pergerent, Vice-Admirantem ex *Manilla* cum Liburnica, duorū milliariū interuallo cum secundo vento certare cursu conspicati sunt. Et tamen, quæ eius fors aut status esset exactè videre non potuerunt. Plerique tamen suspicabatur, eam ab hostibus breui & captum & occupatum iri. Propter metam enim longiorem non omnia exactè prospici poterant. Obscurè tamen apparebat, *Hollandico* vexillo adempto, *Manillanum* Liburnicæ iam suffixū esse. Quin & *Hollandos* hostium manus haud quaquam effugituros vel ex eo colligi facile poterat, quod in Liburnica vltra 25. viros iam non superessent, cum Hispanica naue 500. circiter armati veherentur: Quæ insuper 10. tormentis, maioribus & minoribus, instructa erat.

*Liburnica
Batavorum ab Hi-
spanica ca-
pta.*

Hæ naues, à Gubernatore in *Manilla* instructæ & emissæ sunt, quod is *Hollandos* in littore excubare intellexisset: & illæ eadem erant, quæ quotannis ex *Manilla* in *Mexico*, serico ac pretiosis mercibus alijs oneratæ proficisci solitabant. Hæ iam ad obruncandos & excindendos *Hollandos* miserant: quod ferre non possent, exteris nationes illuc negotiatum venire. In his magna pars *Hispani* erant: cæteri *Indi*, stipendiarii cum illis veniebant, qui tum sclopetis tum armis cæteris, quorum vsum ab *Hispanis* edocti erant, dexterrimè vti poterant.

*Guberna-
torum in Ma-
nilla nomē.*

Gubernatori in *Manilla* nomen *Francisco Telo* est, qui regendæ & seruandæ Insulæ gratia à rege *Hispaniarum* eò missus, tributa & census Indorum corrogat ac colligit. Is sedem ordinariam in *Manilla* habens, negotiationes cum *Chinensibus* amplissimas agit, qui sericum, aurumque ac moschum cum mercibus alijs nobilissimis in *Manillam* inferunt, vnde porrò illæ in *Mexico* traiciuntur, & commercijs alijs distrahuntur.

*Hollandi in
Borneo In-
sulam di-
uertunt.*

Nulla commerciorum cum *Manillanis* spe apud *Hollandosiam* residua, hi deserta Insula ea, ad *Borneo* Insulam sese direxerunt, vt tum quod in primis opus erat, ibi reficerentur, & nauem laceratam disruptamque redintegrarent. Nam & velum maius concisum, & reliqua vniuersa comminuta, & scapha comminuta laxataq; erat ad eò, vt aduenas naues ibi præstolari iam non integrum esset.

*Situs Insu-
lae Borneo.*

Circa vesperam cursum suum ad solstitium hybernum intendentes, noctu intra duas Insulas mediè per nauigant, vento Cauro non in idoneo perspirante. Cæterum *Borneo* Insula à *Manilla* 180. circiter milliariū interuallo sub gradu quinto: *Manilla* verò sub grad. 14. & 45. minut. in Æquinoct. latere boreali sita est.

Die 16. Cauro adhuc continuante, cursum suum intra solstitium hybernum intenderunt, iuxta Insulam quandam magnam, versus ortum longo tractu excurrentem, & in longitudine 180. circiter milliaria habentem. Ea *Hispanis* subiecta, Gubernatori *Sarmiento* pariet, ac *Boluton* Insula dicitur. Secundum hanc 5. vel 6. milliariū spatio pergebant, duobus *Chinensibus* Pilotis, in *Borneo* passim notissimis, instructi.

Die 19. mane cursum adhuc perdebant, quod dicerent *Piloti Chinenses*, circa fines istos breuia quædam sita esse, tam edita, vt fundus eorum commodè conspici possit. Iuxta hæc prætereuntes, à magna Insula sex ferè milliarijs aberant. Is locus transitu admodum periculofus est iis cum primis, qui eius nullam notitiam habent. Hinc vento Cauro vehente antiquo more pronauigarunt.

Die 23. *Borneo* Insulam iuxta latus habuerunt. Ad cuius ciuitatem priusquam aditur, aliæ quoque Insulæ 2. vel 3. circiter milliarijs à prædicta terra conspiciuntur, ad quas vela direxerunt, tentaturi, an hauriendæ aquæ copiam illic adipisci liceret, etsi nullam scapham opitulatricem haberent.

Nam discedentes *Manillani*, hanc secum auexerant: vt colligatis trabibus contenti esse cogenerent. Circa meridiem ad dictas Insulas perrexerunt: cumque duorum ferè milliariū spatio ab iis distarent, breuia quædam saxosa à latere declinauerunt. Sub vesperam 1/2 milliariū interuallo

teruallo longius ab Insula ciecti sunt, quod propter nimiam ventorum aduersorum vim metam rectam tenere non possent. Ea nocte igitur anchoris incubuerunt.

Die 25. aquam hautum ad Insulam appulerunt: quæ tamen propter oræ humilitatem propositum adiri non potuit. Hinc ex *Manilla* nauem quandam decurrentem prospexerunt, quam eo fine emissam putabant, vt de *Hollandis* ad *Malaccanos* nuncium deferrent. Quam quod iam nox ingrueret, & eadem infra littus decliuus deproperaret, assequi non valuerunt. Re ergò frustra tentata, ab Insula dicta resoluens ad *Borneo* ciuitatem, inde 15. milliariibus adhuc distantem, cursum instituerunt. Hic angustia pressæ ac decliuus terræ erat, quæ ex *Borneo* egressa, intra Insulam milliarius interuallo excurrit: quæ ex ortu ad nauigantibus, firma ac continens videtur.

A meridie diei 26. sinum ante *Borneo* ingressi sunt. Is grandis ac diffusus longis ambagibus nonnullarum Insularum adhæsi in mare extenditur, ita vt ambitu suo tria ferè milliaria complectatur. Huius vnda placida ac quieta, fundus verò anchoris admodum commodus est. In vicino incurrente fluuio piscium maxima copia capitur, qua de causa locus iste piscatoribus multis habitatur, qui gregatim ad nauem scaphis suis sese contrulerant, pisces pro linteis permutantes.

*Sinum Borneo incur-
runt, qui
describitur.*

Hollandis in huius sinus occidentali parte iuxta angulum quandam non procul à terra diuerterunt: apud quem Rex in *Borneo* classem paratam habet, qua piscatorum tutela accuratur, & exterorum iniuriæ arcetur. Eius classis decurio ad *Hollandos* statim se ingerens, ipsi per *Pilottos Chineses*, linguæ istius gnaros indicauit, quod regio nomine ibi præfidiarius esset, nec posset, quin Regi suo, qui in ciuitate trium inde milliariuum interuallo distante resideret, ipsorum aduentum, ocyus nunciaret.

Generalis itaque *Chinensium* eorum, quos secum in nauibus habebat, vnum cum tessenario emisit, qui regi in *Borneo*, exhibitis nonnullis muneribus significarent, quod regiones illas nõ nisi amici adissent, nec quoniam suorum subditorum aut defraudare, aut quacumvis alia iniuria afficere cogitarent, sed vnice cum ipsi æqua ratione negotiari optarent. Rogare ergo submisit, vt annonam ac aquam iusto annumerato pretio ipsis impertire vellet.

*Regi Borneo
munera
mittunt.*

Postero die *Parau* veni seu naues plurimæ cum variis fructibus, ac gallinis piscibusq; & vnda ad nauem appulerunt, quæ omnia Generalis linteis redemit. Indigenæ hi linteorum *Chinensium*, quorum falcis aliquot ante *Manillam* *Hollandis* acceperant, audissimæ & cupidissimi erant. Quæ verò ex *Hollandia* secum aduexerant, ea non magni faciebant. Multi quin etiam è nobilibus loci spectatum nauem aduenam venerunt: quos plerosque Generalis munusculis impertit, vt illic nimirum secum negotiari licet.

Die 28. *Pilotrus*, qui ad salutandum regem emissus fuerat, reuersus, in comitatu suo grædem *Parauam* habuit, qua ministri quidam regii aduentabāt. Hæc superne vexillo regio insignis erat, æreis tormentis duobus munita, quibus curandis tractandisque *Chinensis* quidam ex *Patana*, qui magno aptud regem loco erat, astabat. *Pilotrus* itaque à rege responsum Generali artulit, *Borneos* dictis non admodum fide potuisse, sed omnino persuasum habere, eos *Hispanica* factionis esse, cum quibus Rex bello subinde decerneret. Id ex eo sibi verisimile fieri, quod in littore alia quoque nauis moraretur, quæ huius aduenæ haud dubio socia sit. Tum & *Lusitanicam* quandam *Barquam* prætereuntem in *Borneo* significari curasse, aduenturos haudquaquam negotiatores, sed potius milites esse: & vt indigenæ sibi cauerent, adhortatam fuisse. Interim tamen cum ministri regii omnia intente dispexissent, longe aliud iam sentiebāt, dicentes, verè se nunc intelligere, quod non ex *Hispanis* essent, qua de re sibi comprimis gratulentur. Redituros se itaque ocyus, & quod vidissent, regi annunciaturos esse. Prædebant hi quoque Regem, vbi nationem quandam peregrinam appulisse intellexisset, petiisse, vt ex aduenis quidam ad ipsum spectandus mitteretur. Quibus ob id Generalis respondit, se in gratiam regis haud grauatè præstiturū esse, modo de suis Rex vicissim quandam ad naues interea mitteret. Quod proponere regi se velle promiserunt ministri. Discedentibus Generalis sclopos aliquot & loriam dedit, quæ munera regi honoraria offerrent, Nam illic ita mos inualuit, vt aduenæ singulari munere regem afficiant. Ministris discedentibus, honoris gratia aliquot tormenta exonerata sunt.

*Borneenses
Hispanorū
hostes.*

*Rex Borneo
Hollandum
spectare
satagit.*

Prædictus *Pilotrus* cum ministris denuo ad regem profectus est, vt cautius dispiceret, quas & quales ibi negotiationes sperare liceret. Sed aromata is locus nulla promittit, præter *Camphoram*, quæ omnium illic optima in tota *Indiâ Orientali* reperitur. Sed hanc maximi æstimant, adeo, vt libram vnâ non minoris 20. Regalibus octonorum vendant. Tum & vltra 300. aut 400. libras ibi redimere non licebat. Præter hanc, ibi nihil parabile erat, quod quæstum aliquem præ se ferret: cum pleraque à *Lusitanis* iam antea inde euecta essent. Interea autem temporis cum piscatoribus ac indigenis aliis de fructibus variis, gallinisq; ac piscibus contraxerunt, id studiosè agentes, vt cumularissimè naues instrueretur. Nam & hoc loco omnia sua dolia replebant aquis ad speciem optimis & saluberrimis.

*Camphora
nobilissima
in Borneo.*

Merces Borneensium.

Die 30. mane emissus Pilotus *Chinensis* ad nauem cum mercatoribus aliquot *Chinensibus* rediit. Hi in *Borneo* morabantur, eum naue 60. Picos piperis, quod vendendum ex *Panama* eo adueherant, ingressi. Hos vendendos *Hollandi* obtulerunt.

Hi in *Parana* resederunt, quæ regio munitissima, & nulla vi domabilis est. Metropolis terræ *Patana* dicitur, portu pro nauibus vniuersis tutissimo & commodissimo, in quo saluum conductum exteris omnibus præstant. Quos verò in aperto Oceano corripere possunt, eos non facile dimittunt. Hi referebant, *Patanos* nuper *Chanpan Chinensem* prædatos fuisse, quæ ex *Iana* venerat, & cum *Hollandis*, qui tum temporis illic hæserant, negotiata fuerat: qui *Chinensibus* Regales octonorum pro mercibus reddidissent. Ex quibus intelligi poterat, naues *Hollandicæ* ac *Zelandicæ*, quæ in *Indiam Orientalem* soluerant, ibi appulisse, & in *Iana* maiore negotiationibus vacasse.

Hollandorum ac Patanorum qualis contractus.

Hi *Patani Chinenses* piper suum nimis grandi pretio æstimabant, & meros Regales pro eo exproscabant, quibus tamen *Hollandi* non admodum instructi erant. Nam quas merces magna secum parte attulerant, erant, panni lanei, *Rassen* dicti, *Arras*, & *Inteamina*: quæ vicissim *Patani* non magni æstimabant. Nihilominus tamen contractibus firmandis tam diu operam dederunt, dum inter eos tandem ita conueniret, vt *Hollandi* pro 20. Picos piperis tertiam partem pecuniæ, & duas tertias mercium allatarum, nimirum pannorum & *Arras*, reponerent, quolibet Picos, 12. o. libras pendente, 13. Regalibus octonorum exoluendo. Ita de pacti, post biduum piper in naues inferre promiserunt.

Hollandi Bornei insidiantur.

His iam à naue digressis, Pilotus *Chinensis*, quem Generalis secum habebat, ipsum sedulo adhortatus est, vt sibi studiosè caueret, & rebus necessariis omnibus prospiceret. Certis enim se indicium sensisse dicebat, *Borneos* prodicionem, & oppressionem *Hollandorum* moliri, modo id vlla arte ac ingenio confectum dare possint.

Ipsi tamen nihilominus more suo in permutando perrexerunt, indies varios fructus, gallinas quæ ac oua, quæ *Parawis* seu nauculis suis indigenæ subinde magna copia aduehebant, & quo pretio redimentes. Inter cætera verò, quidam ex *Borneo*, ex *Canton Chinensis*, sed animi simplicioris & apertioris, ad nauem accessit, rogans etiam atque etiam, vt in *Hollandorum* nauis absconderetur. Nam in *Borneo* se debere dicebat, cui non esset soluendo. Rogabat itaque, vt pro sclauo ipsum deinde diuenerent.

Proditio prodita.

Hic Piloti sermones dato testimonio confirmabat, referens, magnum tum virorum tum rerum aliarum in *Borneo* apparatus fieri: ex quo non temere suspicari liceret, statuisse eos sub specie negotiationis proditoria & nefaria inuasionem nauem subigere: cum alias, si sibi diligenter *Hollandi* cauerent, & in excubiis vigiles essent, nullum suis copiis vniuersis, ipsis damnum dare possint.

IANVARIVS. Ann. 1601.

Calend. Ianuar. Anno 1601. sub exortum solis *Parawas* plurimas fursum deorsum per sinum agi animaduertent, quæ post vniuersæ apud angulum quandam, vnus milliarius intervallo à nauem distantem, congregarentur: ita vt vno loco ultra centum coactæ numerarentur. Ad eas ergo excipientes sese vniuersos instruxerunt, & tormenta aliaque ad rem pertinentia, expediuerunt. His agitatatis, *Parawa* quædam ad nauem appulit, duos piperis saccos repletos afferens, dicensque, eos à Rege mitti, petente, vt pro istis arma quædam ipsi reponerent. Quod Generalis nulla quidem mora aut tergiuersatione fecit: fraudis ac prodicionis intellectæ signum ne quidem minimum edens. Sed ex his præter duos in nauem non admisit. Paulò post alia & secunda ad nauem accedit, quæ octoginta circiter vehebantur, storeis tamen ac vel. s. illi regioni familiaribus plerique infecti. Hac bos cum multis fructibus aduehebatur, quæ dicebant, Regem aduenis honorarii loco missitare. Eth i vniuersi simul in nauem ascensuri erant, iubentes *Hollandos*, vt bouem sursum ad nauem inferrent, & appropositos fructus à remigibus prehenderent. Quo dolo se id impetraturos censebant, vt simul in nauem recepti, eam cæcis *Hollandis* commodè occuparent. Cæterum *Hollandi* prouidi, nauem prius angulo cuidam admouerant, interdicebantque, ne nauem illi conscenderent. Quod ipsi tamen negligentes, confertim ac vi irrepere occæperunt; sed postquam cum sclopetis suis *Hollandos* in procinctu stare, ac ellychnia iam effumare viderent, à proposito desistentes, quid vellent, rogauerunt. Quibus *Admirans*, hoc se velle respondit, vt ex omni numero duo saltem tresve in nauem ascenderent, cæteri verò ab illo longius abscederent. Id quod promptè confectum datum est.


Borneo indigenarum nefaria insidia.

Insidia Barbarorum elusa.

Posthæc quidam *Patanus Chinenſis* cum nobilibus ac miniſtris aliquot nauem aſcendit. Cumque viderent, ibi diligentes excubias fieri, & conſilii ſui ſe non compotes pro voto reddi poſſe: excuſatione longiſſima prætexta indicarunt, ex *Parawis* illis collectis nihil omnino ſuſpicionis capi debere, ſed cognatum Regis cum tot nauibus ac vniuerſis ſuis vxoribus animi gratia ad ſpectandam aduenam nauem illuc deſcendiſſe, nec quenquam quicquam hoſtili animo meditari ac voluere. Etſi verò *Hollandi* rogarunt, cur, ſi res ita ſe haberent, eius ipſis præiudicium quoddam non feciſſent: tamen ſe doli ac fraudis intentatæ verè gnaros eſſe, nec dum prodiderunt, ſed factum diſſimulantes, quod poterant, ſuppreſſerunt, ac Regis illum cognatum, nonnullis muneribus in ſuper affecerunt. Hos poſteà Generalis à ſe dimiſit, admodum ſollicitos ac metuentes, ne meritam proditionis penam luerent. Huius verò perfidæ proditionis quidam *Chinenſis Patanus* ſolus caput ac cauſa fuit: qui hunc ludum iam ante quoque luſerat. Nam haud pridem quinque focis ſicariis adiutus, *Barquam* quoque; *Lufitanicam* occupauerat, eadem ferè, qua iam quoque, perfidia fretus. Nam ad hanc peregrinantium prætextu ingreſſi, cum *Lufitanos* ſecuros vidiffent, inſultu in eos facto, vniuerſis capita amputarunt, & hoſtili manu *Barquam* occuparunt. Quæ tamen poſteà violentis procellis ad *Borneo* depulſa, ab aliis iterum occupata eſt: ita vt ab eo Regi *Borneo* cum focis iam è miniſteriis eſſent. Cæterum cum indigenæ *Borneo* viderent, ſperato ſucceſſu proditionem non conſici, cum *Parawis* vniuerſis è ſtatione ſua eruperunt, & quoquo verſum diſſipati ſunt.

Hæc *Borneo* Inſula vna ex maximis eſt, quas *India* Orientalis habet. Ipſa ciuitas in loco cœ-
noſo ac vliginoſo ſita eſt, vt nauiculis ſuis à domo vna ad alteram ſubinde commeare poſſint. Hæc
3000. circiter domibus inſignis eſt. Præter has aliæ plurimæ paſſim in terra penitiore viſuntur.

Caput pro-
ditionis
Chinenſis.



Locus populoliſſimus eſt, viri habitatores proceri ac ſagaces, armis inſtructi omnes incedunt, etſi ſortis ſint abiectiſſimæ, velut agricolæ & piſcatores. Arma habent, arcus, haſtasque, quarum extremitates ferro præpilatæ ſunt, furcas noſtrates referentes. Tum & pharetras gerunt, 20. aut 30.

M 2 iaculis

Borneo indigenarum tela toxicata. Religio. iaculis plerunque refertas, quæ pleraque fucata & venenata sunt. Hæc confertim in hostes eiaculantur. Quibus qui feritur, ita, vt sanguis profuatur, propter summam veneni, quo delibuta sunt, vim, haud dubio moritur. *Mahumeticam* religionem omnes profitentur, citius acerbissimum mortis genus subituri, quam lardum gustent. Qua causa nec porcos illic alunt. Tot vxores ducunt, quot se alere posse censent. Fœminæ eorum prudentissimæ ac ingeniosissimæ sunt, quarum multæ ad naues quoque venerant, vt commerciis operam darent, quorum tractandorum admodum peritæ sunt. Audaces ac animosæ sunt. Nam cum vna illarum ab *Hollando* quodam paulò crassius cõtrèctaretur, ad arma illico diuertit, hasta ipsum traiecitura etiam, nisi impetus interceptus fuisset. Corpore fure fusco sunt hoc à cæteris *Indis* nihil differentes, Lumbo veste linea innectunt. Sed plebis fex tota nuda incedit. Quamuis & ex his nonnulli tunica crocea vel rubra vtantur, quam corpori apte circumuoluerunt. Porro in capite fasciam gestant, ex tenuibus gossypinis velis constantem.

Audaces fœmina.

Rex puer.

Rex *Borneo*, admodum puer, per Vicarium seu Gubernatorem regni habenas moderatur: cuius vices iam cognatus eius, annosus admodum administrat. Sedes regia in *Borneo* ciuitate est. Magno ministrorum ac Mancipiorum numero stipatus est. Nobiles ac cognati Regis admodum fastuosi ac superbi sunt. Quorum cum nonnulli obrectis *Parawis* ad nauem appulissent, gestibus ac sermonibus admodum grauibus vtabantur, apud plerofque magno loco habiti. In nauibus eorum medijs abacus seu mensa stabat, vasculis aliquot argenteis grauata, quibus suum *Betele*, ac calcem, quæ assiduo commasticant asseruant.

Hollandi ex Borneo abiturium.

Cum *Hollandi* in hoc *Borneo* sinu diebus aliquot egissent, & tum vnda, tum variis cibariis sese instruxissent: viderentq; porro negotiationes nullas sperari posse, quod præter eam piperis quantitatem, quæ ex *Patane* eò conuecta erat, nimirum 60. picos, de quibus *Patani Hollandis* picos 20. vendiderant, sed nondum tamen, vt promiserunt, propter tumultum intercur. entem tradiderant: Generalis cum officariis cæteris sententiam fecit, vt inde discessio facta, cursus in *Iauam* & ciuitatem *Bantam* dirigeretur, tentareturque, an negotiationis ibi quæstuosiores & feliciores agitari possent. Omnibus ergò expeditis, iter de nouo magna spe ingressi sunt.

Hollandi emptum piper traditur.

Die 2. tanta tranquillitas mare occupauit, vt eodem die inde soluere non possent. Interea ad obhærentem nauem ex *Borneo* nauicula appulit, qua *Chinenses Patani* mercatores piper venditum aduehebant. Qui dicebant, quòd propter incumbentem tumultù pridie promissis stare non potuerint. *Borneos* iidem excusabant, quòd nihil quicquam hostile machinati fuissent. *Hollandi* ergò piperis picos 20. recipientes, pecuniam & merces, prout pacti erant, reposuerunt. *Chinenses* omnia sua bona mercesque per *Euanæer* siue *Romanee* ponderant, & *Cattas* 100. pro vno *Pico* numerant. Quælibet verò *Catte* pondo vnum est, cum quadrante, libræ *Hispanicæ*. *Chinensibus* his expeditis, illi ad *Borneo* reuerfi sunt.

Pondera Chinensiu.

Pilotus iste, quem *Hollandi* ante *Manillam* acceperant, cum in *Borneo* oppidum amandatus fuisset, ad *Hollandos* non rediit, sed missis literis significauit, se ægrum admodum ac infirmum decumbere ex dysenteria, qua repente correptus sit. Itaque, quòd non reuerteretur, se excusauit, rogans, vt pro sedulis istis ministeriis, quæ iam diu ipsis præstitisset, aliquid remunerationis acciperet. Generalis itaque, qui apud se euoluebat, quòd is & nauis & bonorum suorum iacturam fecisset, & iam, vnde viueret, nihil reliquum haberet, telam lineam *Arrebatensem* cum mercibus aliis honorarii loco ei missitauit. Nam quam diu eum nauigationis suæ socium habuit, ministeria fidelissima & commodissima expertus est.

Pilotus Chinensis emanet.

Die 3. sub noctem, cum tenebræ densæ essent, quatuor *Borneenses* ad nauem adnatarunt, eo instituto, vt funem anchorarium præciderent: vt ita, libera facta nauis in terram concitatus illuderetur. Id quod certè nullo ipsis dubio, vsu quoque venisset, nisi tempestiuè consiliū id sensissent. Nam præter anchoram eam, qua fixi ibi excubabant, vnam saltem in nauis superstitem habebant. Quarum vna perditâ, nulla arte longius se sustinere potuissent. Sed, vt dictum est, consiliū tempestiuè olfacientes, prolatis sclopetis in eos glandes excusserunt, ac instantes in fugam egerunt. Hi *Præw* vnam secum aduexerant. Ex qua in vndas illapsi, eadem post vacuum ad nauem astra est. Prioribus noctibus iidem aliam quoque *Parawam* ab indigenis pretio emptâ, absciderant: ita vt noua parata opus haberent. Scapham siquidem suam ante *Manillam* perdiderant, ita vt coegerentur, deficientibus aliis commodioribus, hisce nauiculis contenti esse.

Postquam illuxisset, ventum ab *Insula* perflantem habuerunt. Anchoris itaque sublati, inde soluerunt. Aliquousque progressi, post se nauem quandam conspicati sunt. Ad quam cum decurrissent, viderunt eam *Chanpan* esse, ac ex *Iaponia* in *Manillam* tendere: sed propter obortas violentiores tempestates, in litus *Borneo* compulsum, vt ibi reficeretur. Hæc ibi quatuor menses exigit, priusquam in *Manillam* redire posset.

Huius Capitaneum, virum senem ac obesum, natione *Lusitanum* ex *Portoport*, *Emanuel* *Loius* vocatum, Generalis ad se accersit. Idem aliquandiu in *Malacca* & *Macca*, locis *Chinensibus*, habitauerat

bitauerat olim: tum temporis autem in *Iapan* ciuitatis cuiusdam *Larguasacque* incola erat, ex portu seu Insula *Cohinocchoe* dicta pridem egressus, ubi duos integros menses exegerat. Quos secum socios habebat, ferè omnes *Iapones* erant, eo modo rasi, vt supra commemorauimus. Pilotus autem natione *Chinas* erat. Ex hoc Capiteo intellexerunt, in *Iaponia* magnam *Hollandicam* nauem appulisse, quæ ex societate *Tetri Verhagenii* esset, tempestatum iniuriis miserè concussam & lacertam, ad eò, vt fame partim, partim aliis morbis plerisque confectis extinctisque, soli 14. in ea superstites essent. Locus quem primò acceperant, *Bongo* vocabatur, sub grad. 34. & minut. 40. situs. Sed *Iapanus* rex eandem nauem in portum alium *Aionzam* nominatum, abduci curauit. Is sub 36½. gradibus situs est: ubi 4. anchoris in portu peropportuno incumbebant. Idem quoque Capitaneus commemorabat, populum eius nauis vniuersum liberum tutumq; ibi comæatui impetrasse, & eundi, quo vellent, promptam licentiam habere. Iisdem quoque factam esse potestatem referebat, scapham nouam condendi, quâ quò vellent, comæarent. Quibus omnibus ex signis augurabantur, nauem eandem *Verhagenii* prætoriam esse, quæ 250. onera capiebat. Is ex *Chili* duabus nauibus soluerat quidem: quarum tamen alteram deserere coacti fuerunt. Vt enim Capitaneus referebat, multis tormentis, ac Regalibus octonorum, mercibusque aliis instructissima ea erat.

Hunc Capitaneum Generalis humaniter ac laute tractauit, & à discedente pernas aliquot cum annona alia emit, impendio rogans, vt in *Iaponiam* reuersus, *Hollandos* ex se salute sua uisissima impertiret. Quod cum ei recepisset: vicissim rogauit Generalem, vt vexillum ei cum comæatu *Hollandico* elargiretur. Quod nomine Illustrissimi Principisei haud cunctatè datum est, & vtrinque ita discessum est.

Nauis Verhagenii sociam in Iaponia appellat.

Ex sinu Borneo solunt.

Die 5. cum *Eurus* itineri commodus spiraret, resumptis anchoris in sinus ante *Borneo* Septentrionalem partem vela impulerunt. Cumque ex sinu eluctati fuissent, cursum suum intra Septentrionem ac Occasum direxerunt, altius mare occupaturi.

Die 6. cum serenum cælum fulgeret, terram *Borneo* adhuc in prospectu habuerunt. Ipsi verò in Occasum intendentes, meta admodum periculosa & infida pronauigarunt. Nam in Septentrionali latere nonnulla breuia, & in australi facie aliquot Insulæ conspicuæ erant. Sed & loci eius gnarum nullum Pilotum habebant, & mappæ insuper non satis correctæ fidæque erant. Itaque dubio auspicio currendum fuit, die nebulis ac imbribus admodum trifidi.

Die 9. aurora Generalis cum cæteris nautis commodum arbitratus est, vt iuxta continentem *Pulo Malaccæ* versus boream ad *Pulo Tymon* nauis dirigeretur ad gradum tertium, ne ab Insula *Pulo Tymon* abetraretur. Hanc enim prius in conspectum dari necesse erat, quod *Chinensis* Pilotus à lingua Insulæ co illo vsque in *Iauam* viæ peritus esset. Inde ergò versus Austrum ac Zephyrum tendentes, circa Meridiem Solis altitudinem 3. grad. tenuerunt. Hinc ad Austrum sitam quandam Insulam conspicati, eam *Pulo Tymon* esse crediderunt. Ea sub grad. 2. minut. 15. sita erat. Ad eam cum spectatum propius appulissent, quæ esset, Pilotus *Chinensis* internoscere haud potuit. Eam tamen *Borneo* finitimam esse ratus est. Ibi plumbum 19. passibus iactantes, à prænominata Insula milliariis vnus interuallo aberant. Ea nocte dubio euentu, quo poterant, pernaugabant.

Die 20. sub auroram aliam iterum Insulam intra Septentrionem Occasumq; sitam conspicati, propius adacti breuia illi vicina deprehenderunt. Quæ cum transmississent, paulò post profunditatem 24. & 25. passuum attigerunt, ubi milliariis vnus cū dimidio interuallo in angulo Euroaustrali 30. passibus confidentes anchoram ligneam iactauerunt, quam fabri ad formam *Chinensium* confecerant. Nam præter vnā anchoram & funem vnū nihil reliquum habebant. Ventus *Anchoram* tam violenti incubuerunt, vt eadem sustinendæ nauis iam non amplius sufficeret. Nolentes ergò *parant.* procedere, & ea statione exire coacti sunt. In littore illic forte nauem quandam conspexerant. Ad hanc sese ingerere studuerunt, si fors quosdam *Indos* in Colloquium pertrahere possent. Sed cum subinde magis magisque ad Insulam conuicerentur, & nouis malis impedirentur, terrore percussifunt haud modico.

Die 11. sub auroram cælum admodum turbidum ac imbribus infestum erat. Vento autem *Cauro* flante *Hollandi* sine velorum ope vlla in mari versabantur, sicut prægressa omni nocte fecerant. Nam noctu ad Insulam appellere intutum videbatur. Vbi dies illuxisset, vela iterum tendentes, & intra Septentrionem Occasumq; cursum agentes, circa Meridiem Insulam quandam ad Occasum Austrumq; vergentem conspicati sunt. Quod verò nox incumberet, vela iterum colligere coacti cursum suum obliquabant, cum eo tempore imbres frequentes incuberent.

Die 12. cum terra visa è conspectu euaniisset, velis iterum ventis datis intra Septentrionem & Occasum impulerunt: circa Meridiem altitudinem gradus vnus 50. minut. tenentes. Gubernatores verò putantes, se ex Insulis iam dum eluctatos esse, cursum suum intra Occasum ac Austrum intenderunt. Sed circa vesperam terram iterum quandam iuxta Austrum Occasumq; viderunt. Quæ cum meræ Insulæ essent, intellexerunt, se non satis in Occasum deflectisse, & has Insulas in littore

Error nau-
tarum in
nosendis
regionibus.

Borneo adhuc fitas esse, cum tamen littus *Malaccanum* siue *Pochau* teneri necesse esset, modo via ac tramite recto pergere vellent. Itaque consilio Gubernatorum commodum visum est, vt ambagibus nullis obitis pergeretur, sed recta per Insulas, via compendiosiore ocyus perumperetur.

Die 13. exorto Sole, aër totus illustris erat, ipsique visas ante Insulas iam tenebant. Vbi intra Occasum ac Septentrionem inuecti, cum 7. vel 8. in de milliarium spatio alias quoq; minutas Insulas conuenerunt, an per eas transire possent, periculum fecerunt.

Tertio line-
am Equi-
noctialem
transiunt.

Circa meridiem Solis altitudo grad. 1. minut. 15. erat. Hac nocte tota cursum continuantes, postero mane intra scopulos nonnullos eminentes transfugerunt: post quos cum iam nullas amplius conspicuas Insulas haberent, se eas vniuersas declinasse tandem arbitrati sunt. Et tamen nihilominus vento Cauro nocte ista obliquantes animaduertunt, se iam æquinoctialem lineam vice tertia transmisisse.

Hollandi
Ionckam
prædantur,
& Pilotum
capiunt.

Die 16. aër admodum turbidus incumbebat. Sed deinde serenato cælo, versus austrum à se magnam Insulam conspicati sunt, ad quam obtinendam impofterum conatum omnem impenderunt. Cumq; in transitu nauem quandam vidissent, ad eam cursu facto operam daturum erant, vt ex illa Pilotum quendam nancisci possent. Circa meridiem eam attingentes, & Ionckam Chinensem esse videntes, ipsam interceperunt, ac spoliauerunt. Hi ex *Ior* se soluisse, regno nimirum *Malace* finitimo, & negotiandi animo ad Insulas quasdam contendere dicebant. Huius moderatorem Generalis secum retinuit, quod eum in dultrium, & finitimorum locorum omnium ac Insularum *Moluccanarum* quoque peritum esse videret. Is cum filio suo in prætoria nauem remanens, nauis suis, vt pone eandem consequerentur *Ionckam*, mandauit.

Ad Bantam
Insulam
inscii dela-
ti.

Iam ergò ad Insulam propius delati, aggere eius presso ac humili animaduerso, de capto tempestiue Pilotum gaudio magno perfusi sunt. Sine hoc siquidem duce ac moderatore naufragium vix euitaturi fuissent, cum ex locorum imperitia meta admodum periculosa decurrerent. Pilotus ergò monitor erat, vt ex Insulæ illius latere Occidentali peruadentes, recta in *Bantam* cursum agerent. Sed quod Aquilo admodum importunus ingrueret, intra Insulæ Occasum ac Septentrionem ambiuerunt. Cum illum angulum transadigere non possent, ea nocte à vallo recedere compulsi sunt.

Insula hæc *Banta* erat, versus Septentrionem Occasumque, vt & Austrum ac Ortum 7. milliariū spatio sub grad. 4. excurrrens. Noctu ventus validus ad eò & concitatus insonuit, vt metu ex cruciarentur non leui, ne in vallum propius coniectarentur. Ibidem è conspectu suo *Ionckam* comitem quoque, 5. vel 6. onerum capacem, perdiderunt.

Die 17. obliquè nunc prorsum nunc vorsum commearunt, vt angulum dictum Insulæ exuperarent. Sed quod ventus ex Septentrione perflaret, nulla industria metam eam tenere potuerunt. His visis, Pilotus aliam sibi viam per Insulæ angulum Orientalem cognitam esse, innuit, cuius ductui lubentes vniuersi parebant. Nam sese differre longius non poterant, quod rudentum pars maxima miserè obruta & confracta esset. Itaque intra Ortum ac Septentrionem intendentes, profunditatem 19. & 20. passuum tenuerunt.

Crimati
Insula.

Die 19. Cum meta præsumpta iugiter adhuc peruaderent, circa horam 9. Insulam à se intra Ortum ac Septentrionem sitam conspexerunt. Ea *Crimati* vocabatur, à littore *Borneo* 4. vel 5. milliariū interuallo absistens. Hinc ergò primò intra Ortum ac Austrum, postea circa vesperam intra Austrum ac Occasum decurrentes, quasdam Insulas non longè à *Banckæ*, breuiis vicinis plurimis conspicuas animaduertunt. Intra has à *Crimati* medias cursum suum versus Austrum ac Occasum perpulerunt.

Adamantes
boni.

Insulæ hæc omnes ab Indis habitantur: & in *Crimati* adamantes erui solent, quos venum postea in *Malaccam* inferunt. Hi in terram suam peregrinis nullis aditum dant. Cursum suum hinc cū vento bono intra Austrum ac Occasum impulerunt.

Die 20. paulò ante Solis exortum, breuia recta sibi opposita viderunt. In quæ nullo dubio impigissent, si ea via noctu percurrissent. Nam & ipsi Pilotus ea incognita fuere. Hoc loco profunditatem 25. passuum habuerunt.

Curabon
Insula eius-
que situs.

Die 22. Insulæ illi vicini erant, quæ 10. milliariis à littore *Iauano* distabant: vnde terram editam *Iauæ* etiam prospicere poterat. Cæterum versus Austrum ac Occasum pergentes, circa vesperam angulum quandam terræ humilis *Curabon* attigerunt, quæ versus Ortum à *Bantam* 25. & *Iacatra* 12. milliariis distat, vbi littus versus Occasum ac Septentrionem, ac vicissim in Austrum ac Ortum effunditur. Hic cum Cæcias incumberet, decem passibus anchoras iactare compulsi sunt, cum à terra 2. ferè milliariis abessent.

Terra *Iauæ* ibi sub grad. 6. posita, magna parte ex Ortu in Occasum excurrit, sensuum æstimatione longitudine 200. circiter milliariū complexa, cum latitudine non admodum magna.

Die 23. ventus matutinus à littore fortis spirabat. Itaque paulò profundius in mare se dantes, versus

versus Occasum ac Septentrionem intenderunt. A Meridie propter mutatum ventum, in Occasum cursum flexerunt: circa vesperam tamen ad anchoras iterum diuertere compulsi, quod ventis magno subinde incremento inualefceret. Itaque ferream anchoram iacentes, funem eius ruptura obrutum esse animaduertunt, percussione certè non leui. Nam huius postremæ si iacturam fecissent, contra maris tempestates deinceps se nulla arte asserere potuissent. Itaque plagam illam sarcientes, ad mediam vsque noctem ibi egerunt; à qua cum ventus australis incumberet, cursum suum in *Bantam* continuare cæperunt.

Die 24. vento Cæcia admodum valido insultante, cursui inhærere minimè potuerunt, sed circa vesperam retrò iuxta angulum ante *Curabon* passibus 15. anchoram facere compulsi sunt.

Sub auroram diei 25. Fauonio omninò aduerso impetiti sunt, nimirum in *Bantam* permeaturi. Qua de causa officarios Generalis omnes coëgit, vt deliberatio fieret, quid factu nunc optimum & commodissimum videretur. Nam præter anchoram vnã superstitem aliam non habebant: cuius in super funis admodum obrutus & infirmus erat. Tum & cuius obuium promptumque erat videre durationem eius non admodum diurnam fore, nec spem in eo certam collocari posse: idèò comprimis, quod hoc loco persæpè obliquandum esset, & propter instans anni tempus Zephyri istic perennes ac continui flarent. Quibus omnibus exquisitè trutinatis, proximum visum est, vt cursum suum in latas *Iauæ* Orientale intendentes ad fauces seu angustias *Balamboam* contenderent, ac interea locum quendam, in quo sese reficere ac de nouo instruere possent, quaererent.

Die 25. decreto hoc publicè firmato, ac à singulis subscripto, anchoram, tribus ferè crepaturis insignem, emouentes, intra ortum austrumq; irruperunt, & ad sinum *Chirabon* delati, *Ioncas* duas, pro ipsorum opinione in *Bantam* vela facturas, viderunt. Noctu vela stringentes, arbitrio vni maris sese mandarunt, quod per nocturnas tenebras plenis velis nauigare minimè aude-
rent.

Die 26. cum vento oborto Zephyro-borea, *Iauanam Ioncam* infectati sunt. Quæ tamen, cum expeditior isto vento vti posset. eorum manus breui euitauit. Sic ad viam pertexendam se conferentes, intra *Chirabon* & *Iaparam* procurrerunt.

Die 27. tempore matutino terram quandam editam tenuerunt, in cuius parte Orientali aditus humilis, & ante hunc iterum duæ Insulæ conspicuæ erant, iuxta quas *Ioncæ* prædictæ anchoras fecerunt. Ad fines istos *Iapare* sita est. Ipsi verò toto die ad ortum vehente cæcia intendentes, circa vesperam sinum quendam attigerunt, cui rotunda ac orbica quædam Insula Mandalecca dicta accubat, quæ inde versus solstitium brumale, & plagam huic oppositam vsque ad *Maduram* Insulam exporrigitur. Ea nocte lento passu intra ortum ac meridiem impulsus est.

Die 28. manè à vallo se longius abiectos viderunt, ita, vt nec Insulam amplius prospicerent. Hinc itaque in austrum agentes, circa meridiem terram *Cindaye* viderunt, colle, pileum referentem, & inferius latiore, insignem. Arbores pleræque ibi candescunt. Porrò secundum *Cindaye* litibus pergentibus, Pilotus *Indicus* significauit, in finitimo illic loco quodam, *Iortan* vocato, annonam ac refectoria commodè parari posse. *Iorta* verò in terra firma *Iauæ* sita est, *Maduræ* Insulæ opposita, ac portu peridoneo commodissima. Is etenim licet vnus milliaris amplitudinem non excedat: indicabat tamen Pilotus, profunditatem 6. passibus non minorem esse, ita, vt ibi excubari per commodè possit.

Eodem die circa meridiem *Maduram Insulam*, grandem, ac 18. miliaria in complexu habentem, videntes, perpetuum in eam cursum fecerunt, vadum nimirum seu introitum intra continetem ac Insulam situm peruestigantes: vbi in breuia impulsus, priusquam inde extricarentur, senis horis strenuè laborarunt. Cuius vnda quidem æquabilis, ac fundus mollis existerat. Tandem iuxta prædictum vadum intra continentem & *Maduram Insulam* penerrantes, profunditatem 14. passuum receperunt. Eius ibi latitudo milliaris vnus spatio terminatur, cui alia quoque Insula vicina est, quam in hoc *Maduram* verò in altero latere reliquerunt.

Tribus miliaribus propius ad brumale solstitium, *Iortan* ciuitas sita est, apud quam 15. passibus breui à ciuitate ipsa interstitio confederunt. In huius portu *Ioncas* decem, vt & alias in tumulis arenarum agentes viderunt. Nam is locus iaciendis anchoris, & nauibus emundandis admodum idoneus est. Ibidem multæ de nouo *Ioncæ* extruebantur, forma admodum peregrina, ponè acuminatæ & coarctatæ, 20. 30. 40. aut 50. onerum capaces. Hinc in *Moluccanas* Insulas ac *Bantam* crebræ excursionis sunt, nauesq; eo loco rebus variis, inprimis verò cæpis, aceto, & viæ necessariis aliis instruuntur.

Indigenarum hac vespera nemo ad naues accessit, præter *Ioncam* vnã, ibi in portu agentem. Huius dominus denunciabat, iam nihil aromatum ibi parabile esse, sed omnia hinc in *Bantam* aucta pridem esse propter naues *Hollandicas*, quæ istic appulissent. Idem referebat, iam id tempus oport-

*Molucca
Insula non
nisi semel
quotannis
adeuntur.*

opportunitissimum instare, quo in Moluccanas Insulas (ad quas semel tantum in anno nauigationes fierent) contenderetur: ad quas species ac aromata post 4. aut 5. menses demum conueherentur.

*Hollandis
refectoria
accipiunt.*

Die 29. ventus occidentalis spirabat. *Hollandi* autem ante *Iortam* eo loco erant, vbi reficienda paulatim nauis operam impendere maturam possent. Post meridiem, *Lusitani* aliquot, qui & ipsi sibi stationem agebant, ad nauem aggressi, *Hollandis porcellana vasa* & alia similia leuiora venderunt. Hi ipsi quoque confirmabant idem, quod nulla iam aromatum copia parabilis, quodque *Ioncka* illa, ante *Iortam* stantes, breui in *Moluccanas* soluturæ essent. Ab eo deinde *Canoe* quoque aliquot appulerunt, ex *Iorta Bannanas*, & fructus alios, ac gallinas vehentes. Porestatem itaque Generalis focis fecit, vt pro arbitrio suo liberè cum istis permutarent, & se quisque necessariis rebus instrueret.

*Macem
emunt.*

Postero die *Lusitani* ad nauem denuò accesserunt, Generali *Barram* vnã *Macis* emptum offerentes. Pro qua Generalis ipsis pannos reposuit, dicentibus, ante elapsum biduum se merces istas non tradere posse.

*Hollandis
colliguntque,
quas postea
in Malaccam
reuenditum
mittunt.*

Die 31. iidem *Lusitani* redierunt, quendam secum adducentes, quem in *Iortam* è suis primo rem dicebant. Nam non procul à ciuitate domum peculiarẽ, vallo munitam *Lusitani* habent, in qua 7. vel 8. eorum agentes, negotiationibus vacant. Nam ibi merces varias vñdecunquẽ emprunt colliguntque, quas postea in *Malaccam* reuenditum mittunt. Cæteri populares eorum omnes in *Malacca* habitant, & quotannis huc sui quæstus causa commeant. Hi Generalem fructibus nonnullis, ac rebus leuioribus aliis per suos seruos allatis donarunt. Quos Generalis vicissim linteis remunerauit, & in honorem eorum aliquot tormenta exonerauit.

*Hollandi
Lusitanos
secum reti-
nent.*

Calend. Februar. prædicti tres *Lusitani* iterum in nauem ascenderunt, sclauos secum adducentes omnes *Mestifches*, id est, Mixtos, ex dimidio albos, ex dimidio atros. Inter illos quidam etiam in *Lusitania* natus erat, qui cõmemorabat, se in *Hollandia* quondam captiuum egisse, cum classis *Hispanica* ibi impressionem fecisset, & Capitanei *Don Diego* ministrum ac seruum fuisse. Idem quædam etiam *Germanica* verba pronuntiabat, & ex parte *Gallicam* linguam callebat; annos circiter triginta natus. Is ex *Gadibus* oriundus videbatur, quod ex morum ac gestuum grauitate singulari augurari licebat. Eorum primus hac vice in terra manserit. *Hollandi* cum de *Mace* aduehenda percontarentur: responsum acceperunt, nondum vniuersa parata esse: facturos se tamen, vt postero die certò ac indubitanter aduehantur. Quæ verba Generali suspicionem mouerunt, quasi *Lusitani* quid monstri alerent, & fictis verbis *Hollandos* elufos nefaria quadam prodicione circumuenturi essent. Securitatis itaque suæ gratia *Lusitanos* secum in nauem retinuit: ac Pilotum suum in terram emisit, qui de *Piloto* dispiceret, ipsos in *Balamboam* deducturo. Is enim ex *Malacca* *Pilotus* causabatur, se finium istorum nullam notitiam habere. Hæc dum fierent, interea *Hollandi* cum *Iortanis* de fructibus ac gallinis contraxerunt: pro quibus ipsis cultellos *Norimbergenses*, specula, aciculas, lintea, vestes laneas, & similia alia reposuerunt. Regales tamen octonorum his omnium carissimi erant. Tam foeminæ quam viri confertim ad permutationes cum *Hollandis* faciendas irruerant.

*Pilotus
Chinensis
dimittitur.*

Eodem die *Ionca Iauana Iortæ* portum ingressa, sui aduentus sexies exoneratis tormentis signum dederat.

*Macis ali-
quid acci-
piunt.*

Die 2. Cæcias fatis importunus spirauit, ibi hoc anni tempore perennis. Is ventus *Monsons* dicitur. Hoc die Generalis *Pilotum* denuò in terram emisit, ac à se demisit, quod porrò eius tractus is minimè peritus esset. Cui discedenti muneris ac mercedis loco, pannos, ac lintea, & merces similes propter officia ac ministeria aliquandiu magna fide præstita largitus est. Cuius opera si caruissent, propter passim in transitu interiecta breuia ac tumulos, tanto itinere cursum suum proferre haud quaquam potuissent. Hunc ante *Manillam*, in *Chanpan* quadam oryza onusta corripuerant: quæ *Chanpan* postea cum sex *Hollandis*, vt supra dictum est, amissa ac desiderata fuit. Ibidem alterum quoque *Pilotum*, in *Borneo* conductum, à se dimiserunt. Quos toto eo tempore, quo nauigationis focii ac moderatores fuerunt, humaniter ac lautè semper habuerunt.

Circa vesperam, *Lusitanorum* quidam duos faeces *Macis*, dimidium ferè *Bar* constituentes (*Bar* verò 200. libras pendit) nauis aduexit. Præter quam quantitatem nihil vltrà parabile esse prætendit. Nam & hanc non nisi magno labore comparari potuisse, ideò corrogatam, vt verbis fidem præstaret. *Hollandi* autem facillè hinc suspicari potuerunt, merces eas non admodum probras fore; quod re ipsa quoque ita se habere paulò post compeperunt.

Postero die tormenta sua in nauis profundiora demiserunt, itineri nouiter aduendo se totos accingentes. Nam iam fructibus necessariis vt *Bannanis*, *Limonis*, *Granatis*, & *Tamarindis*, contra luem scorbuti admodum salubribus, satis instructi erant. Pro cibariis aliis præter gallinas nihil com-

hil compararunt: quod indigenæ omnes Mahumetanæ sectæ affectæ essent, qui ne clardū edunt, loræ incō-
la Mahu-
metisfæ.

Die 3. Generalis officarios vniuersos, vt Gubernatores, nautas, tesserarios & alios ad se cō-
uocauit, & significauit, vt postquam iam à fructibus satis instructi essent, nec spes vlla plurimum
redimendarum ibi mercū affulgeret, iam sobrio consilio & prudenti meditatione decernerent,
an cum isto & nauis & rerum aliarum apparatu in Moluccanas Insulas pertendi & pronauigari
deberet. Officarii verò omnes vno ore responderunt, se ad iter hoc cōficiendum nec anchoris, Senatus
statuit, vt
in patriam
reditus
fiat.
nec funibus, nec vllis aliis, viæ necessariis, satis instructos esse: quibus & ipse Generalis haud am-
biguè astipulabatur. Itaque euolutis omnibus Generalis cum officiariis cæteris decreuit, vt pri-
mo quo vis tempore reditus in patriam maturaretur. Hoc ad eò sine commodum esse rati sunt, si
per fretum *Balamboam* secundū *Iauæ* maioris latus Orientale, & porrò vltra *Caput de Bona Esperança*
cursus in *Hollandiam* institueretur. Quod iter, vt Deus, terræ, maris ac cœli tummus moderator,
benedictione sua clementer sospicaret, supplices ei vota profundissimo spiritu fecerunt.

Generalis ergò, dimissis *Lusitanis*, qui de suis quendam, *Augustinum Nunges* apud *Hollandos*
reliquerant, quæcunque ad viæ felicitatem necessaria erant, prouidus adornauit.

Iortan ciuitas, iuxta littus sita, 1000. circiter domibus insignis est. Eæ omnes ex ligno fabre- Descriptio
lorian ci-
uitatu &
regiū.
factæ sunt: nullis muris vallatæ. Rex ciuitatis ac regionis illius *Hollandorum* tempore in *Passarian*
aberaat, vbi maxima anni parte agere solet. Hic ipse est, qui ante annos quinque *Balamboam* ciui-
tatem obsidione cinxerat, cum naues ex *Amstelredamo* ibi appulissent. Qua etiam ciuitate tan-
dem potius, Regem eius cum omni familia ac cognatione extripauit & deleuit. Durante eius
ciuitatis obsidione populi numerus maximus interit. Nam regionis eius aer vsque ad eò infalu-
bris erat, vt breui spatio infinitos atriperit.

Cuius malignitatis asserunt causam fuisse sanguinis profusionem crebram ibi factam: qui
putrefactus aërem seminario pestifero polluerit.

Prædictus Rex, *Rex de Sorbay* quoque salutaris, quæ ipsa quoque ciuitas è *Iortan* non longè
distat: ita vt hodie vnicus Rex, simul *Sorbay*, *Iortam*, *Passarian* & *Balamboam* imperio suo modere-
tur. Regiones hæc vniuersæ Mahumeticam religionem profitentur, quam tanta superstitione co-
lunt, vt contra statuta eius ne tantillum quidem delinquant, et si vitæ suæ iacturam facere cogan-
tur. Ea pertinacia in vitanda carne suilla comprimis insignis est.

Pagodés siue templa sua pleraque in syluis habent, à via publica certis interuallis semota: ad
quæ magna ex parte circa meridiem præcum faciendarum causa properant. In templis idola ve-
nerantur, Cæcodæmonis specie horrida, exertis cornibus truculenta, & triplici capiti imposita
corona spectanda. In *Iortan* sacerdotum primarius habitat, qui cæterarum terrarum velut *Papa* ac *Idolum Ia-
uenstum*
Pontifex est. Huius aula extra ciuitatem, domibus frequentibus conspicua erat: & idem 120. an-
nos ætatis attigerat. Is tamen multas vxores alebat, quæ ipsum fouerent & calefacerent, ac lacte
suo nutrent. Nam propter extremum senium cibo alio nullo frui poterat. Christianorum is iu-
ratus hostis est. Rex tamen *Lusitanis* æquè ac nationibus aliis quædam priuilegia ac libertates in-
dulget, quod ex horum negotiationibus quæstum vberimum sentiat.

Hi *Iauani* belli periti ac gnarissimi sunt: plerique tamen fraudulenti & insidiatores: qui pro-
pter leuis quæstum spem hominem trucidare non verentur. Ad vxores eorum propius vno passu
adire non licet: ne quid dicam de contractatu. Eæ pannis lineis ac gossypinis vestitæ, *Betele* per-
petuò mandunt.

Die 4. quamprimum Sol illuxisset, *Hollandi* ex littore *Iortan* soluerunt, *Pilotum Malaicum*, Hollandi
loræ sol-
uunt.
cum interprete *Lusitanico* secum vehentes: quorum hic in contractibus: ille in via, ipsis commo-
dus esset. Itaque, vt in *Balamboam* penetrari posset, opus erat, vt in sinum reuenterentur. Nam in-
tra *Māduram* ac *Iauam* versus ortum iterum perumpendum erat. Hac meta ergò cum redirent, a-
licubi quidem aliquandiu obhæserunt, sed tamen eluctati tandem, & in viam *Balamboam* perdu-
cti, circa vesperam vela strinxerunt, & ventis nauem crediderunt.

Die 5. manè vela iterum pendentes, à *Passarian* non longè aberant, *Panerucan* à tergo relicta.
Circa meridiem in editiore Oceano nauem cum grandi malo conspicati sunt, auxilio ac modera-
mine (vt apparebat) destitutam. Ad hanc cum properassent, eam cæcis ac abditis breuiis in cum-
bere animaduertentur. Ea nauis grandissima erat, onerum circiter 600. capax, in qua nonnullos
nautas adhuc superstites viderunt è longinquo.

De hac naue *Lusitanus*, *Augustinus Nunges*, istiusmodi referebat: triremem nimirum eam ex
Malacca esse, in hoc instructam, vt in Insulam *Amboynam* peruaderet, & *Lusitanos*, illic in extructo
castello suo ab indigenis grauiter obsessos, præsidio resciceret. *Lusitanorum* enim consilium esse,
castellum forti præsidio munitum, ita ampliare & firmare, vt in eo securi, ac fœdere cum *Bardanis*
vniti,

Lusitani
inuidi ac
auari.

vniti, vnuerfos alios, eò negotiationis gratia appulsuros, inde exigere & propulsare, solique deinceps in *Moluccanas Insulas* commercii causa commeari possent. Quod tamen consilium eorum, vis maior è cælo, isto naufragio inducto, clementer elusit ac impediuit. Quamquam qui in hac nauis erant, suffocationis nullo periculo premerentur. Tota etenim nauis supra vndas eminebat, solo fundo altius in vndis defixo: cuius puppis quoque ponè iam liberata fuerat. Ex quo colligi poterat, eos ibidem ad minimum triduo integro obhæsisse. Iam enim missis aliis hoc vnicum agere videbantur, vt bona ac merces commodè saluarent ac eriperent. Suspiciabantur tamen *Hollandi*, etiam sui inuadendi causa istos meta hac anteuertisse, quod fors comperissent, sibi per *Balamboam* transitum præsumptum esse.

Ocçingenti
viri vna
naue veçti.

Huiusce nauis tanta vastitas erat, vt in ea 800. circiter viri perueherentur, necessariis insuper rebus instructissimi. Nam, vt dictum est, cum apparatu haud tenui in *Moluccanas Insulas* quoque peruasuri erant. Ad hos *Hollandi* tam propinqui appulerunt, vt propter iam notatam aquarum mutationem ad scopulos eos latentes propius accedere non auderent. Quem secum *Malaicum* Pilotum *Hollandi* habebant, is recensebat, hoc iter se quidem aliquoties confecisse, sed breuiorū istorum nullam vnquam notitiam accepisse, quæ à *Iaua* 2½. milliariū circiter spatio defleceret. Cæterum periclitante ibi naue relicta, *Hollandi* cominus ad terram sese extulerunt, & circa vesperam freti *Balamboam* versus austrum declinantis, ac intra *Baly* Insulam maioremq; *Iauam* intercurrentis fauces ingressi sunt.

Fretum
Balamboam
Hollandi
obtinere.
Baly Insula.

Baly Insula, terra edita & sublimi constans, sibi ex Ortum in Occasum porrigitur. Hinc *Hollandi* propius ad Insulam *Iauam* sese ingerentes, insignem profunditatem, obiectis tamen frequentibus scopulis periculosam, acceperunt: vbi anchoram secundum crepidinem *Pracade*, deorsum ferè ad vndas propendulam iactarunt. Ea verò breuia, in quibus dicta triremis obhæsit, hinc ad ortum austrumq; quatuor se è milliariibus distabant, quod ex prominente adhuc malo facilè metiri poterant. Vespera tranquilla, ventus terrestris leuior in undabat.

Peregrini
duces itinere
dimissi.

Die 6. vento spirante Cæcia, anchoras emolentes, longius in fretum penetrarunt. Sed in australi latere aditum non admodum diductum notarunt: à qua *Baly* Insula 2. vel 3. milliariibus adhuc aberat. Hic tranquillis ventis, iterum anchoris incumbere coacti sunt. Vbi dum starent, sex *Ionæ* ex *Balamboam* appulerunt: propter malaciam iuxta nauem *Hollandorum* confidere coactæ.

Itaque Generalis *Malaicum* & *Lusitanicum* Pilotos in *Ionæ* illas emisit, vt, quo vellent, deinceps proficiscerentur, cum ipsorum ministerio amplius non opus haberet. Hac in statione tum noctem illam tum diem sequentem exegerunt. Nam etsi quidem distinctis aliquot vicibus anchoram emouissent: eandem tamè propter nimiam ventorum vim & miram loci profunditatem illicò iterum iactare coacti fuerunt.

Die 9. borealis ventus satis idoneus incumbens, fecit anchoram iterum attolli, & secundum longitudinem à freti faucibus quatuor ferè milliariū spatium nauem proferri. A meridie, cum freti medium præcisè tenerent: ex altero latere *Baly*, ex altero verò *Iauam* reliquerunt. Atque, cū Cæciam leuiter spirantem sentirent, tora nocte feliciter promoti sunt, admirantes impendio, quod à fluctibus retrò non abiicerentur. Ea nocte freti tractum extremum exsuperarunt: ad cuius limites collis rotundus quidam, Insulæ similis emicat, post quem longa eminètia versus depressiorem terram vbi *Balamboam* sita est, porrigitur.

Die decimo cum fretum egressi essent, ponè respektantes, quo modo angustia post ipsos cõtigua *Baly* Insula clauderentur, animaduertentur. Ibi porcinū angulum *Baly*, intra Ortum ac Meridiem à se declinantem habentes, cursum ad hybernium solstitium intenderunt, vt altiori mari propius sese confererent. Hinc *Iaua* terra in Occidentem tanto tractu procurrebat, quantum prospectu venari suo possent.

Die 11. manè ventus Zephyrus perspirabat. Terram *Iaua* autem à se intra Ortum ac Septentrionem conspicati, vento aduerso non leui quatiebantur. A meridie in austrum sub altitudine 13. grad. deflexerunt: à quo iterum propter ex aduerso vtgentes ventos in Septentrionem abacti sunt.

Ad Cabo de
bona Esperançã
diuertunt,
Solem in
Zenith habent.

Die 18. vento ab Occidente spirante, sub Meridiem Solem rectà vertici incumbentem attingerunt, ventis magna ex parte quietis & tranquillis. Illic latitudo 11. grad. & 20. minut. erat. Hæc autem malacia diebus decem integris durans, quo minus meta recta pergere possent, admodum obstitit.

MARTIVS

Calend. Martii circa vesperam commodum Euronotum adepti cursui interrupto hætenus institerunt, altitudinem grad. 12. numerantes, nimirum in lineæ parte australi.

Die 14. altitudinem 20. grad. 44. minut. terentes, se nimis longo deflexu in austrum exorbitasse depræhenderunt. Cursum ergo correcturi propius ad Occidentem intendebant.

Die 19. Martii Euro spirante, circa meridiem Solis altitudinem 24. grad. 45. minut. tenuerunt. Itaque

Itaque intra Septentrionem ac Occasum impulsis, die vigesimo quarto ad grad. 28. minut. decem euecti sunt.

Calend. April. vulturinus admodum potens incubuit: quo tempore altitudo 30. grad. 50. mi- APRILIS.
nut. extitit.

Die 4. venti confertim tam violenti insonuerunt, vt nonnullis collectis velis opus esset. Et cum iam 32. grad. & 15. minut. altitudinem tenerent, intra austrum & occasum intenderunt, vt *Desiderati Capitis* altitudinem adipisci possent.

Die 8. altitudinem grad. 34. & minut. 45. occuparunt, vento bono & optato continuante.

Die 14. altitudo grad. 35. & 10. minut. erat.

Die 19. tum malacia, tum aduerso vento ambiguoque incumbens, Generalis dispensan- *Aque noua*
dæ aquæ modum præstituit, vt porò cuilibet indies quatuor satem semuncia ministrarentur, *diffusatio.*
quæ quantitas quarta mensuræ parte minor est. Ad hanc parsimoniam propter diutius aduersos ventos instantes redacti sunt. Hoc tempore altitudo 34. grad. 30. minut. erat.

Die 24. color vndæ mutatus plus virefcere incepit: quo loco auium copia magna comparuit. Circa vesperam, cum iam tenebræ incumberent, versus occasum æstiuum à se fulgorem, cornuscãti igni similem viderunt. Quem, cum tenebræ magis magisque densescerent; postea multò distinctius internouerunt, à quo non longius quatuor milliariibus se abesse censuerunt: Rationeq; loci inita colligere aliud nihil poterant, quàm ibi terram eam sitam esse, quæ intra *Caput Falsum & Caput Bonæ Spei* intercederet. Hoc ergò igne ostenso, Deus eos iterum à singulari infortunio præseruauit. Nam pro supplicatione gubernatorum ibi à *Cabo de bona Esperança* 200. milliarium interuallo adhuc aberant, & si ductorem hunc ventum secuti fuissent, in terram facillimè illidi poterant. Quem tamen ignem cum vidissent, in altiore Oceanum sese recipientes, terram vicinam declinauerunt.

Circa meridiem altitudo Solis 34. grad. 35. minut. erat. Ibi propter malaciam obliquantes, vela sua, quæ prioribus tempestatum intulibus obruta fuerant, resarci curarunt. Sub vesperam occiduo vento spirante, passis iterum velis intra austrum occasumque incidentes, noctu fulgorem ignis alium in Ortu ac Septentrione medio conspicati sunt.

Die 26. manè terram quandam à sese iuxta Ortum ac Septentrionem animaduerterunt. Ibi ventus ex Occidente tam validus incumbebat, vt velis vniuersis constructis opus esset. Sine velis ergò ad concubiam vsque noctem ventorum vi acti, postea vento meliori vti cœperunt.

Die 27. cum ventus tranquillus esset, circa meridiem Solem in grad. 34. min. 40. habuerunt, à terra antea visa vix sex aut septem milliariibus distantes.

Calend. Maii vehente Africo intra Occasum ac Septentrionem incidentes, à *Capite de Bo-* MAIUS.
na Esperança quadraginta quinque circiter milliariibus se abesse extimarunt. Circa meridiem Sol in grad. 37. min. 15. errabat.

Die 2. ventus præcipue occiduo spirabat. Itaque altius procurrere ipsis vectore eo non licebat. Sub noctem austro inualefcente, intra Septentrionem Occasumque successu valdè optato promoti sunt, grad. 35. & 15. min. altitudinem numerantes.

Die 3. aurora terram quandam intra Orientem ac Septentrionem sitam, pressam admodum, ac extremitati *Insulæ* similem conspicati sunt. A qua cum seniorum milliarium interuallo adhuc *Præterve-*
abessent, bolide missa 80. pass. profunditatem æstimarunt. Indiciis itaque non leuibus sibi persuas- *hantur ex-*
debant, quod à *Cabo de bona Esperança* non abessent longius. Inde ergò Euro impellente, felici & *tremum A-*
propera meta ad Occasum intenderunt. Circa vesperam prædictam terram versus Septentrionem *frica Pro-*
sitam adhuc obnotarunt. *montoriū.*

Die 4. sub auroram terram præuisam è conspectu suo perdiderunt, rati se iam *Capite Bonæ Spei* admodum propinquos esse. Cursum ergò porò versus Occasum ac Septentrionem continuantes, ad *S. Helena* Insulam magno gaudio sese protulerunt, *DEO Trinuno*, summo benefactori, de *Ad S. Hele-*
hac eousque meta feliciter obtenta, gratias ingentes persoluentes. *nam pro-*
currunt.

Die 6. Cæcias incubuit. Ibi altitudo Solis 33. grad. 10. min. numerabatur. Hoc vento diebus sex integris prouecti, 11. die Solis grad. 30. min. 10. habuerunt. Post hæc circa vesperam à Solis occasu ventus commodior, nimirum Libonotus incumbens, nauem propius ad *S. Helenam* pepulit.

Die 18. Austro spirante intra Septentrionem & Occasum imprimentes, Solis altitudinem 22. grad. min. 30. habuerunt, cum iam *Tropicum Capricorni* iterum attingissent.

Die 22. altitudo 16. grad. 30. min. erat. Ibi versus Occasum vela ingerentes, à *S. Helena* 120. mil- *Tropicum*
liariibus sese abesse augurati sunt. *attingunt.*

Die 23. vento australi vehente, sub meridiem Solis altitudinem 16. grad. tenentes, cursui priorum inhæserunt, distinctis vicibus iam pluuiis, iam serenitate reuertente.

Die 26. *S. Helenam* iuxta Occasum ac Septentrionem à se prospicati sunt. Ea terra editissima; duo in longitudine milliaria complecti videtur. In boreali latere præcipiti ac declivi monte insignis est. Porrò ergò toto die vulturnum bonum & opportunum adhibentes, circa vesperam portum *S. Helenæ* ingressi sunt. Is in partem Septentrionalem pandebatur, terra versus medium ortus ac austri prominente. In sinu ergò quodam priore, 14. passibus anchoras iactarunt, postquam editum eum angulum transfussissent, supra quem in prærupto monte suffixa crux videtur. Ab hoc angulo glandis iactu alius secundus abest, sacello proximo insignis: iuxta quod recentis vndæ riuus deriuit: quem postero die ingressi sunt. Generalis, postquam præfidiarios disposuisset, & modum hauriendæ aquæ constituisset, in terrâ ipsamet egressus est. Nam, cum vnâ tantum *Canoam* ex *Borneo* aduectam secum haberent, propter Insulæ crepidines aquæ inuatiatio ipsi difficilior facta est. Aqua, vt diximus, post sacellum vnus à mari lapidis iactu deriuatur. Luxta cuius ripam ficos plurimos confitas deprehenderunt. Mala aurantia ibi nulla inuenerunt: vnâ tamen palmæ arboribus ibidem quoque nacti sunt. Hac ipsa in Insula nomina quorundam descripta inuenerunt, eorum, qui ex *Hollandia* Anno 1599. in Indiam Orientalem vela fecerant. Hoc verò anno, præter vnâ *Lusitanicam*, quæ in *Angolam* cursum tenuerat, naues in portu nullæ egerant.

S. Helenam Insulam tenent.

S. Helenæ descriptio.

Aquatio

per commoda in S. Helenæ Insula.

Die 28. hauriendæ aquæ instituto iterum in terram egressi sunt. Sed quod pluuix fortes prægressa nocte decidissent, vnda turbatior erat, quàm vt potari posset. Circa tamen meridiem, cum Sol illustrior emicuisset, aqua rursus inclaruit, vt tum eo, tum sequente toto die dolia sua vnuerla completere possent. Quidam à nautis ingentem piscium copiam captarunt. Quo cibo præcipuo illic vti sunt. Ersi enim in ea Insula damæ ac capræ, numerosæque aues passim videntur, eæ tamen vsque adeo feræ sunt, & fugaces, vt feriri ægrè possint.

Die 30. Generalis potestatem vnuerfis fecit, vt in terram egrederentur, tentarentque, an feras ac aues capere possent. Conferunt ergò nonnullis iuga montis ascenditibus, præter damas duas ternasve ad nauem nihil attulerunt.

Ex S. Helenæ soluent.

Circa huius diei vesperam, binis ante Solis occubitum horis ex dicta *S. Helenæ* Insula iterum soluerunt, quæ sub grad. 15. min. 50. sita est. Cursum suum inde intra Occidentem & Septentrionem spirante Africo immiserunt.

IVNIUS.

Calend. Iunii vento prædicto adhuc continuante, cursui suscepto iugiter inhæserunt. Die 5. circa meridiem altitudo 10. grad. 30. minut. attigerunt.

Ascensio Insula.

Die 7. Euro spirante, mane *Insulam Ascensionem* in Septentrionali latere à se prouiderunt, à qua tum temporis septem ferè milliariibus aberant. A Meridie altitudinem 8. grad. & 20. minut. habuerunt, visam Insulam sub gradu circiter 8. sitam esse arbitrantur.

Quartæ lineam Æquinoctiale transitunt.

Die 14. continuante Euro circa Meridiem altitud. minut. 5. vel 6. in latere boreali lineæ habuerunt: quo die lineam Æquinoctialem iam vice quarta transmiserant. A qua cum ab Occasum paulò magis in Septentrionem deuiarent, die 15. circa meridiem grad. 1. min. 15. in lineæ Septentrionali plaga tenuerunt.

Jacobus Hemskerck Generalis in Indiam Orientalem

Die 16. ex Septentrione 6. ad se naues appellere conspicati sunt: ad quas cū deproperassent, eas *Hollandicas* esse, & Generali *Jacobo Hemskerck* parere, ac in Indiam Orientalem pertendere, intellexerunt. Hi in hoc itinere iam duos mentes exegerant, & Vice-Admirantem cum *Liburnica* perdiderant, postquam cum 13. *Hispanicis* nauibus configere coacti fuissent. Hæ enim propè *Salinas Insulas* illas inuaferant. Celocem dicebant ab hostibus quidem captam esse: sed Vice-Admirantem tamen sperabant, è manibus eorum elapsum esse. Ex his ipsis *Hollandi* quoque indicium acceperunt gloriolæ eius victoriæ, quam Illustrissimus Princeps *Mauritius Nassouius* in *Flandria* contra *Hispanos* acquisuisset: qua pugna, *Hispanorum* ad 8000. millia cæsa, ipsemet verò *Admirans de Arragon* cum Capitaneis ac dominis plurimis captiui facti sint. Referebant iidem, quod propter tumultum & seditionem in *Anglia* concitatum *Milhoort Excester* cum primatibus aliis captis supplicio affectus sit.

Exilium ante Neoportum Flandriæ.

His cognitis & euolutis Generalis statuit post *Angliam* ac *Hyberniam* reditum in *Hollandiam* maturare. Itaque circa vesperam, discessione sueto more facta, cursum suum intra Septentrionem Occasumq; direxit. Hoc tempore altitudo grad. 2. min. 40. in lineæ Septentrionali latere erat.

Die 19. cum altitudinem 7. grad. attingent, noctu imbribus impetiti sunt, quatuor diebus durantibus.

Cynosuram iterum vident.

Die 24. Borea flante, sub noctem *Polum Arcticum* iterum conspicati sunt sub grad. 11. min. 10. Die 5. Iulii Caurus potens fortisque perflauit. Hic solem iterum rectè à vertici impendentem habuerunt.

IULIUS. Solem in vertice habent.

Die 8. Vento Euro spirante intra Occasum ac Septentrionem cursum impulerunt, à Meridie sub grad. 27. agentes. Ibi in mari copiosas herbas fluctuare viderunt, *Saragossa* vocatas.

Die

Die 13. sub grad. 32. min. 30. malacia incubuit, diebus 15. integris durās: quo tempore *Saragoffa* omnia plena erant.

Die 22. qui Dominicus erat, Generalis, quantum vsuam panis supererat, viritum distribuit: vbi 2. libræ vnicuius cesserunt panis, admodum vermiculosi & corrupti, cuius vix portione dimidia frui possent. Deinceps ergo præter oryzam nihil reliquum habebant.

Die 28. circa vesperam Fauonius perspirauit, ipsique versus Septentrionem nauem impulerunt, vt *Cornes* & *Floris* Insulas transcendere possent. Postero die sub grad. 36. erant, à die 13. ad huc vsque perpetua malacia ferè vsi. Hoc verò die Fauonius iterum foris incubuit, & *Saragoffa* herbæ plurimum apparuit.

Calend. August. cursum suum intra occasum æstium impulerunt, circa meridiem grad. 40. tenentes, & à *Cornes* ac *Floris* Insulis occidentalioribus 45. circiter milliaribus distantes. Hinc verò visum est Generali ac Gubernatoribus, vt metam porò suam intra *Angliam* ac *Galliam* ad *Hollandiam* corripere, quod propter annonæ penuriam, & supel ctilis nauticæ inopiam post *Angliam* commodè transmitti non posse videretur. Itaque cursum suum inde intra Ortum ac Septentrionem impulerunt.

Die 11. versus ortum nauem conspicati, ad eam procurerunt. Quam tamen, quod meta sua rectà profestinet, assequi non potuerunt. Huic ergo exonerato tormento signum dantes, vela maiora demiserunt. Quod cum, qui in altera naui erant, prospexissent, cursum sistentes, disploto tormento expectationis futuræ indicium fecerunt. Itaq; cum boatu simili *Hollandi* ex eo tormento, quod in prora stabat, responsum daturū essent: id violentissimo fragore discrepuit, & frustillatim dissiliit, ita, vt fragmina nonnulla per aërem grandi tonitru peruoletarent, alia in malum maiorem incuterentur, qui ob id in tres partes contractus est.

Tormentorum magistro, qui aliquot passus retroactus fuerat, pes detruncatus est, præter alios, qui & ipsi nonnihil oblædebantur. Illius famulus, *Petrus Reynerius*, eodem momento occisus est. Adeoque hoc periculo non multo plures laesos esse, omnibus certè admirationi singulari fuit. Nam ipse Generalis cum multis suis tormento illi admodum propinquus astiterat. Porò, cum, quæ fierent, in altera nauē isti viderent: cursum suum citra moram promouerunt, & inde soluerunt. *Hollandi* verò vela colligere, & malum nouum condere coacti, postea intra Ortum ac Septentrionem concitatus iterum procurerunt.

Die 13. sub grad. 48. min. 15. nauigarunt. Hic cum mappis suis Gubernatores ad Generalem ingressi significarunt ei, quod à *Sorlinges* 80. adhuc milliaribus abessent, nonnullis contrà contēdentibus, in terra uallum hoc 105. milliaribus esse. Cursu nihilominus serid inhærentes, postero die bolide missa, 110. passuum profunditatem se habituros sperabant. Sed fundi nullum vestigiū comparebat. Altitudo grad. 49. erat.

Die 17. manè iuxta occasum æstium terram quandam sibi videre visi sunt. Itaque plumbo missa, 90. passus deprehenderunt. Gubernator *Iacobus*, qui se loci istius peritum censebat, quod sub vesperam aut *Angliam* aut *Lysaert* occupaturi essent, promittebat. Nam circa meridiem 49. grad. 25. min. altitudinem tenuerunt.

Die 18. versus ortum manè tres naues conspicati sunt: quas attingentes, & cuiates essent, rogantes, intellexerunt, eas ex *Embda* soluisse, & maiorem in *Brasiliam*, cæteras verò in *S. Lucas* vela facere. Hi emissa scapha *Hollandis* panes & carnes impertuerunt: quibus *Hollandi* vicissim nonnihil pipèris & oryzæ reddiderunt. Ex harum Gubernatoribus *Hollandi* etiam intelligebant, quod metam illam, quā in *Angliam* perducerentur, nondum tenerent, et si *Gousteert* sese iam transmississe putarent. Tres siquidem hæ naues, elapso die 15. adhuc in *Pleymuyen* versatæ erant, & ante biduum primum *Heylant* viderant, ita, vt à statione illa *Angliam* 12. aut 15. milliaribus adhuc abesse omnino persuasum haberent. His expeditis, vtrique ad iter suum rediuerunt.

Die 19. manè terram quandam à se intra Ortum & Septentrionem sitam, prospexerunt. Ad hanc austro impellentes, *Sorlinges* esse deprehenderunt, vbi per saxa ac scopulos multos transmittere compellebantur. Vbi iam *Sorlinges* in Septentrione post se reliquissent, cursum suum rectà ad angulum *Lysaert* intenderunt. Sed quod iam tenebræ increbrescerent, illum diutius prouidere non potuerunt. Noctū ergo meta præsumpta ad occasum æstium præproperantes, postero die angulum *Gousteert* attigerunt, quem à meridie circa horam tertiam transmiserunt.

Die 14. exorto Sole, hora sexta, in conspectum *Doeneram* & *Cales* adepi sunt: à quo iterum, post horam dimidiam nauem quandam sibi occurrentem prouiderunt. Hæc ex *Amstelredamo* militararis erat, cuius Capitaneus à Generali percontatus est, rerumne quarundam penuria is premeretur. Cognitaque rerum multarum inopia, ei funem anchorarium cum Pilotto dedit, cuius ductu *Mofam* ingrediturò possent. A Meridie diuortio facto, vtrique ad legendum suum iter perrexerunt.


*Saragoffa.**Panis reliquia omnes distribuuntur.**AVGVSTVS.**Alia ratio via inita.**Hollandi grauiter laduntur à tormento, quod crepuerat.**Sorlinges Insula Anglia vicina.**Embda Hollandos pane & carnibus reficiunt.**Nominalo. portuum & quorundam Anglicanorum.**Funem & Pilotum accipiunt.*


Die vicesimo quinto ad ostium Mosæ appellentes, anchora nauem firmarunt, à meridiè eam penitus incurrentes. Sed cum ventus violentior reniteretur, compulsi sunt australius iuxta *Briellam* anchoram iterum excutere: vbi parum aberat, quin in breuia impingerent.

In patriam redeunt. Die 26. sub exortum Solis, vento Austro & Libonoto perspirante, cum anchoram emoliti essent, circa meridiem, diuina ope ac auxilio adiuti *Amstelredamum* appellètes, profuso omnium gaudio & gratulatione accepti sunt.

Historiarum Noui Orbis Partis Nonæ FINIS.







~~J570
= B. 5V
G/L. 9
Vol.~~

J
De Bng
5V
pt. 9
1633
Lat





